





בָּרוּךְ יְהוָה  
D. HENR. ASCANII FRÖGERERI  
S. S. THEOL. P. P.

Dissertatio Inauguralis,

DE

# LEGITIMO S. SCRIPTURARUM SCRUTINIO,

Vi dicti Joh. V, 39. eqve paralleli Jes. XXXIV. 16, suspicioendo,

Qyondam

Sub PRÆSIDIO *Angestra*  
VIRI MAGNIFICI SUMME REVERENDI ATOVE  
EXCELLENTISSIMI

## DN. JOANN. FECHTHI,

S. S. THEOL. D. ac P. P. CONSIL. CONSIST. DISTR.

ROSTOCH. SUPERINTENDENTIS.

Anno 1704. d. 10. April. horis ante & pomer. habita,  
nunc


REVISA, NOTIS AUCTA, AC CUM  
PRÆLAUDATI FECHTHI  
PROGRAMMATE,

Qvot qvantaqve sentiendi licentia in folô de Scriptura articulo  
intra paucos omnes progeneraverit doctrinæ monstra,  
demonstrante,

Iterum recusa, Anno MDCCXI.

WITTEBERGÆ, Apud ANDREAM HÆBERUM.





Um ante qvinqvennium præfundum  
aliqvid ex more Academiæ nostræ esset ad so-  
lennem de ~~Novitatis~~ ~~docei et ratiōnē~~ disputationem,  
in memoriam mihi revocavi, qvæ intra unum  
novennum, ex quo ad hanc scholam accesseram,  
novarum doctrinarum in Ecclesiâ ante nostrâ un-  
qvam auditarum, nungquam toleratarum, farrago sub promovendæ  
pietatis libertatisqve conscientiarum prætextu, in eandem irreperserit,  
easdemqve ordine usqve ad ultimam istam ~~Novitatis~~ ~~docei et ratiōnē~~ fecem  
recensui. Fuit, qui in grandi libro me pariter & Candidatum tum  
meum operosè refelleret, cui, qviæ è tenebrarum filiis est, cum qvæ  
hominum genere congregdi inconsultum qvis judicaverit, ut respon-  
deremus, haec tenus qvidem impetrare à nobis uterque nondum po-  
tuimus. Nunc cum eodem præloquii officio mihi defungendum est,  
ut quid ista sentiendi docendigve licentia, qvæ ex tantillo tempore  
in plenissimum Indifferentismum degeneravit, in uno de S. S. Scri-  
pturis fidei uostre articulo, monstrofaram doctrinarum progenera  
verit, differendum mihi non abs re esse arbitror, motus argumento  
præsentis Disputationis Inauguralis, qvod legitimum S. literarum  
scrutinium repræsentat. Id eò facio libentius, qvo studiosius è so-  
rno excitandi sunt, qui religionis nostræ statum, tantopere ab  
illo sub pietatis larvâ mutatum, vel ex supinâ socordiâ ignorant,  
vel externâ illâ specie decepti, emendatam in melius ejus faciem do-  
ctrinæqve formam esse sunt persuasi. Qvare (I.) ab eo exordiemur,  
qui & olim in præsenti Academia publico docendi munere fungen-  
batur & Doctoris decus, prævio in Libros Symbolicos jurejurando,  
consecutus est, qui tamen ex eo tempore nihil aliud fere egit, qvam  
ut vastâ librorum mole doctrinas, in Libris Symbolicis traditas,  
prout illæ antea ab universâ Ecclesiâ nostrâ, continuato inde à Lu-

theri ætate sensu , intellectæ fuerunt , tanquam juratus corundem ho-  
 stis , impugnaret & Ecclesiæ , quantum in se est , obtruderet ; is est  
*D. Jo. Wilhelmus Petersenius.* Primus ille visiones & Euthusias-  
 mos , & in argumeto qvidem fidei vel noviter excitanda vel certe  
 confirmando , (qvm ad finem pleraque revelationes Asseburgicæ ,  
 tanquam immediate Divinæ , ab ipso commendata , tandem tamen  
 cum ipsius confusione in ruborem pudoremque data , erant directæ )  
 ipsi S. Literarum lateri adjunxit , in eandemque cum ipsis auctorita-  
 tem Divinam canonicanque depositit . Dilerta enim sunt verba :  
 Alles was durch den Mund Gottes gehet / (qæ inter & retu-  
 lerat , qæ hodie per inspiratos à se homines DEus loquitur) hat  
 einen ewigen Canonem bey sich . Dixerat autem in antecedentibus :  
 Es ist sehr gefährlich / wenn man die Göttliche Offenbahrung  
 Gottes kleiner oder grösster machen will / und sie bald so bald so ein-  
 schrecket . Neque ab eodem novissimè recedit hyperaspistes , in  
 stupendo ~~oracula~~<sup>scriptura</sup> libro , (cujus sola , altera nunc mole suā  
 aucta , magnitudo Panicum dissentientibus terorem incutere pot-  
 erat) in quo profitetur : Es gebe heutiges Tages mit nichten nur  
 stricturas luminis Propheticæ , (qvod ego nempe dixeram) sondern  
 einen vollen Glanz / der über die neue Propheten von dem Her-  
 ren HERREN aufgehe / welcher zu seiner Zeit erfüllen werde/  
 was er durch seine Knechte und Mägde / (prater anteriores nem-  
 pe , per Petersenium , Merlaviam , Krazensteinium , Catharinam  
 Halberstadiensem , Magdalenum Quedlinburgensem , Elisabetham  
 Erfurdensem , Annam Evam Jacobi , Annam Margaretham Janam ,  
 Asseburgiam præcipue) geredet hat / welches man erfahnen wer-  
 de bey der Ankunft der zweyen Apocalypticen Zeugen / in  
 welchen der in ihnen wie ein Löw brüllender Herr sich formida-  
 bel genug machen werde / daß sie es wohl glauben müssen / was  
 sie zuvor gelästert haben . Tonitrua , non tantum argumenta , lo-  
 quitur Apocatastaticus . Mihi verò hoc qvidem loco de ipsarum  
 doctrinarum veritate & falsitate , ceu & in anteriori Programmate ,  
 nullus sermo erit , ut adeo tenebrio ille , monstroso duorum in uni-  
 co argumeto librorum granditatis architectus , ab ipsa janua ab-  
 erret , qvando de rebus ipsis adversus me disputat ) sed tantum de  
 novitate

PROGRAMMÀ.

novitate. Id enim ostensurus duntaxat sum, in Ecclesiâ nostrâ vix à tribus usque lustris eas in uno articulo doctrinarum mutationes, nostræmet confessionis Theologos, novarum rerum insanâ cupiditate, quales ante hos annos credere nemo potuisset, molitos esse. Talis doctrina ea est, quæ novas, easque immediatas, in doctrinalibus prophetias visionesque propugnat, quæ uno Fabricio, paucisque obscuri nominis, exceptis, perpetuo Theologorum consensu, ut omnibus palam est, ante fuerat condemnata & ex Ecclesiâ nostrâ reject. Tollit enim ea majestatem & indivisibilem excellentiam principii Theologici & normæ credendorum, qualem unicam Scripturam esse, solennissima semper in Ecclesiâ, non contra Pontificios tantum, sed omnes alias sectarios, doctrinæ fuerat confessio, cui salvâ in Symbola nostra jurisperandi fide, quamcunque revelationem aliam assuere non licet, immo ne quidem: utrum talis revelatio immediata dari hodie possit, salvâ, quam de Scripturâ profitemur, fide dubitare fas est; cum ejusmodi prophetis, tanquam ex imme- diato DEI ore prodeuntibus, ÆTERNI CANONIS eminentia jure competeteret, neque eædem quocunq; gradu infra reliquorum revelatorum dignitatem detрудi ullo modo possent. Qvarè dubium esse amplius nemini potest, novam esse hanc in articulo de Scripturâ de novis enthusiasmis in Ecclesiâ Lutheranâ doctrinam. (II) Successit Pe- terseianio huic circa visiones conatus aliud institutum, pariter no- vum. Conqueristi sunt ii, qui corruptis hodie Christianorum mo- ribus medelam adferre connitebantur, contemni in scholis Sacrarum Scripturarum studium, præferri Philosophicum & Polemicum. Qua in re sicut abusus, si qui irreverenter, rectè castigabantur, ad ornatis inter Theologiæ cultores collegiis Biblicis, quæ & à pietate nomen habebant: ita in hac breve intra tempus tanto fervore itum est, ut reliqua studia omnia, quæ Systematicorum nomenclaturâ vulgo traducebantur, in publicum ludibrium abirent. Quasi Scri- pturarum studium reliquias Theologiae sive species sive formas, ipsâ perfectione & sanctitate suâ absorberet; neque, cum certâ methodo, quæ nobis ad salutem revelata sunt, proponuntur, aut controversiæ fidei Christi & Apostolorum exemplo aduersus errantes serio quidem, sed intra Christianam moderationem ex ipsâ scripturâ tractantur,

A 3

scriptu-

scripturarium hoc studium perinde, ac cum Scriptura ipsa vel continua exegesi & deductis inde ad emendandos mores porismatibus, vel in homiliis Ecclesiasticis exponitur, appellari merito posset; cum utrumque DEus Ecclesiae sua concederit, & Scripturam, ad salutem nos informantem, & ministerium verbi, ὁρθοτητὴν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Qvā de re differui nuperrimè in Disputatione de Theologia Biblica cum Systematico nexu. Nova itaque hæc erat & antea in Ecclesiâ nostrâ nunquam audita Systematum & Theologiae Polemica à Scripturario studio, qvod tamen illa in se complectuntur, distractio. *Derepago (III) ad aliam*, sed majori longè periculo expositam novitatem, eandemqve ex priori prognatam. Videbatur enim primore iutuita ista studii Bibliorum Exegetici præ Systematico commendatio insanum tantum qvorundam in contentiones scholasticas, spretâ Bibliorum lectione, tanqvam viliori, amorem redigere in ordinem & revocare consecratas DEO ipsiusqe ministerio animas ad animarum medicinam, verbum DEI, ad scholarum rixis ad salutare pietatis studium easdem inflammatum. Verum paulò post ea Scripturarum lectio, qvæ præcipue tantum morum pietati destinata fucrat, eidem in solidum vindicari ccepit, exclusis penitus iis omnibus, qvæ ad notitiam rerum sacrarum, ad ordinatam earundem dispositionem, atqve ad veritatis adversus errantes defensionem antea referabantur. Arnoldinum hoc & Brenneyſenianum principium est, fidem nostram non adstringere ad ullam credendi formam, exulare ex Ecclesiâ debere omnia symbola, catecheses, compendia, systemata, libertatem cuique relinqvendam eredendi, qvod putaverit vel Divino verbo conforme esse, vel qvod unctio eundem docuerit. Nam nec ipsam Scripturam S. harum in se rerum quidqvam complecti. Qvo ipso plenissimus plantatur Indifferentissimus. Cumqve omnis retro Ecclesia crediderit, Scripturam tam ad informationem in fide & refutationem contradicentium, qvam ad morum instructionem revelatam esse, novum merito censetur id dogma, qvod Scripturæ finem ad solam vitæ emendationem tendere afferit, neque mysteriorum cognitionem cum seriâ rejectione & condemnatione errorum tanqvam ad salutem necessariam requirit. Nescio an referre huc debetam (IV) singularem & insolentem cuiusdam Theologi, & nec hancun-  
qvam

quam antea auditatam opinionem , qui in orationibus sacris in explicatione textuum Scripturæ non aliis facile nisi Scripturæ verbis utendum esse , utpote quæ sola Divinam in se virtutem & ad commoven-  
dos animos efficaciam contineant , neque cum humanis verbis , ali-  
quid semper ex impurâ origine labis trahentibus , comiscere debeant ,  
propugnavit . Qvorum vero istiusmodi meditationes , sub pietatis  
specie hominis curiositati abdollientes , postremo deducant , Colle-  
giatorum in Belgio exemplum docere nos potest , qvos inter *Abrabamus*  
*Boreelius* , libello : *Ad Legem & Testimonium* , ex eodem principio ,  
quia sola Scriptura medium sit salutis nostræ , ad eamque procuran-  
dam sine humano auxilio sufficiens , denique tam perspicua , pura ,  
casta atque sancta , ut nostrâ interpretatione eidem obscuritatis & im-  
puritatis præjudicium creari iniqum sit , concludit , concionari  
mysterium esse iniqutatis , non opus esse catechismis aut confessioni-  
bus , non Consistoriis aut synodis , non Ecclesiæ ministerio , non A-  
cademiis , non festis diebus , non cantionibus & precum formulis .  
Summatim solam sufficere Scripturam , ejusque lectionem . Eamus  
vero V. ulterius . Communi totius Ecclesia suffragio proscripta fuerat  
*Hermannus Rathmann* , de divisa verbi Divini respectu regenitorum  
& iregenitorum virtute doctrina . Pervasum omnibus erat , Divi-  
nam efficaciam à verbo , etiam extra usum , nunquam esse separatam ,  
illudque una cum insitâ sibi vitâ hominis impii non minus ac pii aur-  
ibus & pectori illabi , atque ad eum usque , quo admittitur , gradum in  
eodem recipi & operari . Nunquam illud & nullibi literam mortuam  
esse sine Spiritu , nec Spiritum Sanctum extrinsecus ad verbum , si ani-  
mus sit rectè dispositus , accedere , sed intime eidem & perpetuo , quo-  
cunque pacto se animus habeat , involvi . Sed vero constat , vete-  
ra deliramenta ex orco revocata sanctitatis denud speciem noviter  
induisse . Qvicquid enim verbi Divini in hominem iregenitum  
eadit , externum tantum verbum esse , Divina virtute , nisi Spiritus  
extrinsecus accedit , & intrinsecut illud vivificet , destitutum , quod  
nonnisi literalem & carnalem , adeoque falsam & mendacem rerum  
sacrarum notitiam progeneret , quoad ea vero , quæ sunt Spiritus ,  
planè sit mortuum . Cumulavit hodie recoctam hanc pristini erro-  
ris novitatem *Gothofredus Arnoldus* , in ipsis correctionibus suis ,  
crassiore

crassiore verbi Divini ab interno Spiritu distractione , qvam dum te-  
 nebrosius orthodoxia ejus vindex liberare ab impacto crimine fusa  
 tractatione adlaborat , nuditatem porcius ejusdem detegit & revelat .  
 Ita enim ille ipse : Gott habe nur so viel geoffenbahret / als die  
 hartnäckigen dummen fleischlichen Leute im Raum zu halten ge-  
 nug gewesen . Die Schrift selbsten weise auf den staten  
 innwendigen Canonen , der bey mir ist / wannich die Bibel  
 nicht bey mir habe oder weiss / nemlich die neue Schöpfung o-  
 der Creatur . Der beste Character der Göttlichen Lehre aus der  
 Schrift seye / daß wieder meinen eignen Willen gehet / ohne  
 Vernunft Schlüsse . (qva ab ipso Christo & Apostolis usurpatæ ,  
 iudex ubique ei sunt in oculis ) Es müsse ein jeder so wohl aus der  
 Schrift als aus Gottes Aus-Fluß seine Kraft in sich haben .  
 Es müsse so wohl einer / der aus der Schrift etwas glaubet / als  
 der / so es aus der Offenbahrung fasset / vom Heil. Geist durch  
 unaufsperrlichste tieffste Gewissheit bestärcket und versiegelt  
 werden . Die Schrift seye allerdings ünumgänglich nötig /  
 sonderlich und fürniemlich denen anfangenden Christen .  
 Auch wegen der Gottlosen / damit man nemlich auch von  
 aussen durch Schall und Wort und clarem Buchstaben sie  
 überzeihen könne . Qvia nempe interna virtus & Spiritus ad eosdem  
 non pertinet . Optat etiam , daß der Herr Hoff - Nath Pfanner  
 in Christo oder seiner städtigen Gemeinschaft und Umbgang er-  
 funden werden möchte . So würden sie mehr erfahren / als  
 man bey dem bloßen Buchstaben und vernünftigstem Wissen  
 glauben mag / und aller Disputationen auf einmahl vergessen . (VI) Ex-  
 perientiam illam etiam alii hodie tanquam cum Scripturâ consuens  
 in fidem ejusque certitudinem principium commandant , qvæ tamet  
 in quantum aliud quid , qvam ipsa Scriptura litera in virtute sua  
 commonstrat , sensu complectitur , ne quidem ullâ cogitatione id a-  
 liud quid esse potest , qvam ipfissimus enthusiasmus . Ita quoque  
 sine dubio Preceptoris sui , Arnoldi , mentem ceperat , nec aliter ca-  
 pere poterat Dippelius , cuius haec est confessio : Von der H. Schrift  
 halte und lehre ich / nach der Salbung von dem wahrhaftigen /  
 haec est Arnoldi internus canon nova creatura , revelatio Spiritus ,  
 effluxus

## PROGRAMMA.

9

effluxus ex DEO; oppositus nempe Bibliis, si vel hæc non habeam, vel nesciam, itemque Scripturæ, ejusque claræ literæ & scientia inde hausta, denique consequentiis ex eadem deductis.) Und nach dem Zeugniß der Heil. Schrift selbst / welche die Schrift und Gottes Wort unterscheidet / daß sie eigentlich zu reden nicht das Wort Gottes seye / ohne durch eine figurliche Rede / gleich wie ein Bild mit dem Nachmen des / den es abbildet / bezeugt wurd. Und das es eine Phariseische Meinung seye / wann sich jemand wolte einbilden / er könne aus der Schrift das Leben und die Wiedergeburt aus Gott haben. Da doch die Heil. Schrift nur an solche Leute gesetzet ist / die schon in ihrem Maaf Gottes Volk sind / denen sie dann als ein Zeugniß der Wahrheit und einer Erinnerung endlich ist zur Lehre zur Vermaßnung/etc. Daß Wort Gottes hingegen an sich selbst ist Leben und Kraft / ein mittelbahrer Ausfluß aus dem Mund Gottes / ergehet an aller Menschen Herzen zur Überzeugung / auch an die / die keine Schrift haben. Und die es annehmen / werden Kinder und Freunde Gottes / durch welche Gott auch zu andern redet und und solche allein haben Gottes Wort. Nondum novarum doctrinarum, antea nunquam auditarum, finis. (VII) *Capit ex aliquo tempore vehementer commendari Theologia mystica, odio Theologiae certo ordini & articulorum fidei nexui adfricata.* Fecit id quoque Arnoldus peculiari libro, in quo: *primo omnium notandum venit, inquit, veros Deilogos,* (mystica sine dubio est vocis Græce cum Latinâ compositio) *nulli certæ, definitæ & ab hominibus prescriptæ sive excogitate aut fabricate methodo & ordini anxiæ & absoluſe obſtringere ſolere.* Cum totum eorum fundamentum & metrum non propria hominum voluntas aut arbitrium, sed liberum indeterminatum, *absolutumque regimen, instinctus & inspiratio Spiritus Sancti sit, qui ubi ubi etiam operatur, libertatem fecum affert.* Ut nempe & hic fundamentum poni Libertinismi, ut in religionis Deilogice methodo, ita & in credendis ipsis, ultrò intelligas. Ubi enim Spiritus, ibi libertas. Igitur (VIII) cum & Mysticam sacrarum Literarum interpretationem ament Mystici, plurimamque Theologæ sue partem inde deponunt, jam olim quidem eandem in iis,

B

qva

quæ *xviis* ipsorum *ðeūis* inserviebant, utpote ad statum in anduna chiliasmum in Hexaemero creationis & Sabbatho, Mysticè interpretari coeperunt; at hodie eousque progrediuntur, ut afferere non dubitent, non prophetias tantum veteris T. in ordine ad plures in N. T. eventus, sed & universam Scripturam V. Novique T. Divina intentione mysticos simul sub historia sensus complecti, atque inde, quod haec tenus in Theologia nostra desideratum fuerit, ob singulares lucis radios extremis mundi temporibus promissos, studiose eruedos esse. Quam rem ante viginti quidem annos agere coeperunt autores Prodromi corporis Theologæ, in Belgio editi, prosecutus deinde est duplicit scripto *Herm. Deusingius*. Nec dubium est, quin posthac universa Biblia, mysticis id genus interpretationibus illustrata, cum antea (præter illos sensus mythicos, quos ipse Spiritus S. diserte instruat; quique ad literalem proxime referuntur) unicunque tantum esse quorumlibet locorum Scripturæ sensum, à Sp. S. intentione, summa concordia docuerimus, habituri simus. Demonstra vi haec tenus, ut puto, luculentis exemplis, quam in Ecclesia nostra maleferiati homines ab exiguo tempore sibi licentiam sumserint, in solo de S. Scriptura dogmate publicam antea & ubique receptam Ecclesiæ doctrinam sub pietatis specie convellendi & innovandi. Post quam enim semel arrepta libertas est, censoriam virgulam in Libros nostros Symbolicos, moderatè primum, sub illo quidem prætextu, ne in parem cum Sacrosanctis Scripturis auctoritatem evenerentur, mox plenis modiis eo usque exercendi, ut omne convitiorum genus in illis libere licenterque conjiceremus, tum verò nihil amplius supererat, ut Libertinismo & indifferentismo plenam apertiremus januam, quam ut eas etiam de Sacris Literis doctrinas, quæ scopo nostro obesse poterant, primo redderemus dubias, dein e medio Ecclesiæ, quantum in nobis est, tolleremus. Dormiverunt interea qui ad Ecclesiæ clavum sedebant, ficta pietatis papavere deliniti & in eum nunc statim complurimis in locis Ecclesia nostra redacta est, ut alia à se facta veterem faciem plane amiserit. Cumque quæ semel invaluit, licentia vires quotidie majores acquirat, qualem posthac, si quæ futura posteritas est, habituri simus, nisi DEUS quasi *Δέοντα* *πρυχαρίς* interveniat, cui vel modicos retrò reminisci annos datum est,

## PROGRAMMA.

11

est, nullo negotio augurari poterit. Interea dum spes omnis nostra in DEum collocari debet, Ecclesiae doctoribus, suo qvibusvis loco, vigiles agendae cura sunt, ut orthodoxia (quantumvis vel vox ipsa Fanaticorum fabula facta sit) larta teatraqve conservetur, saltem ut ad posteritatem, cui forte oculi, fuso nunc singularis sanctitatis fascinati, magis aperientur, testimonium aliquando extet, officio nos nostro deesse noluisse. Deditus haec tenus in Disputationibus hujus Academia Inauguralibus eam sedulò operam, ut ex præscripto Theologiae Candidatus carum argumento toti Ecclesiae patesceret, tenaces nos esse velle ejus, qui est secundum doctrinam, à majoribus nostris acceptam, fidelis sermonis, ut potentes simus, etiam alios abortari in doctrinâ sanâ & contradicentes arguere, ceu ab Apostolo nobis est injunctum. Eam provinciam eò cupidius in se suscepit Vir perqvam Reverendus & Excellentissimus, DN. M. HENRICUS ASCANIUS ENGELKEN, Rostochiensis, SS. Theologiae constitutus nupec in Academiâ nostrâ Professor Publicus Extraordinarius, quo sinceriori animo sanam puramqve Ecclesiarum nostrarum doctrinam perpetuò complexus est, eandemqve contra varium veritatis hostium genus publicis haec tenus disputationibus malefice cordateqve defendit. Natus is est Rostochii, qvorum se mater à militari strepitu receperat, die XV. Augusti A.O.R. MDCLXXV. Parentibus & Majoribus genere atque virtute nobilissimis. Patre CHRISTIANO PETRO ENGELKE Pradii Jennevit Pensionario Ducali, Matre ELISABETHA von der Hardt. Avo Paterno HENRICO Engelke / pariter Pensionario Ducali, Avia Paterna ELISABETHA Neppenhagen / Filia Joachimi Neppenhageti / Senatoris Urbis Wismariensis. Avo Materno Ascanio von der Hardt / Hæreditario in Deters & Hanshagen. Avia Materna Sophia de Hahn, Filia Joachimi de Hahn, Hæreditaria in Feudo Ingermannia Desterhoff. Qvam progenuit ex Elisabetha, HENRICI CAMERARII, U. J. D. & Prof. Publ. in hac Academia, Serenissimorum Ducum Luneburgensium, itemqve Pomeraniæ Consiliarii, Filia. Institutus in prædio Paterno primum ab Avo, sene septuagenario, non tantum literarum elementa, sed pietatis etiam & historiarum Biblicalarum, nepoti, qvem charissimum habebat, sollicite instillante. Ponebat ille jam

B 2

turn

tum puello ob oculos Proavi sui, Praepositi Doberanensis, scripto qvoqve publico : *Meditationes Eucharistiae* inscripto, celebris, qvi-  
que Serenissimo ADOLPHO FRIDERICO Meclenburgico, ceu &  
& Confessionibus sacris, in oculis & pretio erat, exemplum. Ei no-  
men *M. Christiano Engelbretti* fuerat. Ita amorem studii Sacri in  
pueri tenellum pectus, qvoad usq; vixit optimus senex, insinuavit.  
Ex qvo tempore præceptoribus domesticis usus est Henrico Gvilielmo  
Engelbrechtio, Nicolao Lindenbergio, Joanne Schubringio, Joanne  
Gerckenio, qui ipsum maturiores annos habentem paulatim ad ele-  
menta Theologiaz, usus præcipue MSto Collegio, in quo celeberrimi-  
nus qvondam Theologus, *D. Michael Waltherus*, Konigii Theo-  
logiam Positivam explicuerat, adduxit. In qvo studio tantum bre-  
vi profecit, ut & orationem sacram suo Marte compositam pro fug-  
gestu ad populum in vicino pago Steffenshageni ex memoria reci-  
tare non reformidaret. Dein à *Laubmeiero*, excellentis Philosophi  
*Nicolai Benedicti Pasche* discipulo, postremo à *Jo. Joachimo Weid-  
nero*, Ecclesiasta nunc Mariano, variis adversus *Godofr. Arnoldum*  
scriptis honestissimam nuper famam Academiae nostræ conciliante,  
qui ducta in Uxorem Candidati nostri sorore Admis eidem factus  
est, in interiora Philosophiaæ est deductus. Academiae nostræ in-  
sertus mense Mayo anni MDCXCIII, convictu & institutione per  
omnes Philosophiaz partes usus est *D. Joch. Lindemann*, Archi-Dia-  
coni Mariani & in Academia Professoris, mox & *Job. Gottl. Möller*,  
postea pariter Professoris, qui in varia eruditione, ipsaque  
Theologia, cum ipso familiarissime uteretur, dux illi fuit ad majo-  
ra. Sub cujus qvoq; præsidio partem historiæ universalis Boeche-  
rianæ in cathedra publica, qvod primum erat eruditioñis ipsius speci-  
men, defendit. Eo tempore, cum *Möllerus*, lectissima commilitonum co-  
rona stipatus, literariam qvandam peregrinationem in vicinam Po-  
meraniam, Borussiam & Marchionatum Brandenburgicum suscepisset,  
*ENGELKENILIS* qvoq; noster iisdem immisus, ne qvamcunq; ex viro-  
rum eruditorum conversatione proficiendi occasionem negligeret, iter  
illud absolvit. Vedit compellavitq; Stralsundæ *Baudewinum* &  
*Lockervitzum*, Gryphiswaldia *Raugonem*, *Hennigium*, *Dafso-  
vium*, *Pozernium*, *Sedini Andr.* *Mullerum*, *Fabricium*, *Bleccium*,  
*Gedani*

## PROGRAMMA.

13

Gedani Schelvgium, Kubnium, Hoppium, Schulzenium, Gottwaldum, Schurzium, Barthium, Bucherum, Straußum, Koßteuscherum, Custrini Hoffmannum, Colberga Criigerum, Stargardiae Heylerum, Swarzium, Berolini Puffendorffum, Spenerum, Lütkenium, Francofurti Wegnerum, Buchium, Strimesum, Bezmanum, Simonem, Coccejum; Sed & Jesuitarum prope Dantiscum & Mennonistarum Sacris colloquiisque interfuit. Redux Rostochium variaque scientia auctus, D. Tielkum, Cognatum suum, Paulum Pomianum Pesarovium, nunc Theologum Regiomontanum & Constant. Fidlerum, præmaturo fato Wismariensibus eruptum, in Philosophicis amplius audivit. Theologicum studium exorsus est in Scholis meis Theologicis, qvibus copse tempore Theologiam Thetico - Antitheticam in compendio repræsentaveram. Qvæ confirmavit statim cumulavitqve in variis, Biblicis præcipue, lectiōnibus viri longiore vitâ dignissimi, D. Samuelis Starkii, Theologi qvondam hujus Academiæ solidè eruditus; in exercitium verò primum privatum, duce venerando Facultatis Theologicae & totius Academiæ, de quâ præclarissimè meritus est, Seniore, D. Andr. Daniele Habichhorstio, dein publicum quoqve deduxit, dum pro cathedrâ de Serpente ignito & volante ex Esaia mense Augusto A. MDCXCV. non sine auditorii adplausu disputavít, cum jam paulò ante ejusdem ductu in Hebraic. fundamenta jecisset. Sequentे post anno commodum accidit, ut inter XXVI. Philosophia, Candidatos, eo evideū honoris augmento omnes dignissimos, à MOLLERO & ENGELKENIUS noster MAGISTER pronunciaretur. Id decus, qvod me quoqve auctore exambiit, tantum animo viri illico impressit propagandæ scientiæ, strenuo labore acquisita, stimulum, ut & alios Philosophiam, quam potestatem jam ante adeptum etiam gradum à Facultate acceperat, in variis partibus suis docere aggrederetur. Et ne personatus tantum sapientia Doctor haberetur, copse & sequente anno è cathedrâ publicâ non unas proposuit ipse Praeses disputationes. Primum adversus Petr. Gaffendum, qva minus sufficientem esse in multis illam, quam ille in se suscepserat, Epicuri defensionem ostendit. Raro exemplo Fratre præside respondit Frater, HERMANNUS CHRISTOPHORUS, qui nunc & ipse Philosophia Magister non minore virtute

B 3



virtute è superiorē nuper cathedra Præses disputavit; opponentis vices subiit tertius Frater, CHRISTIANUS JOACHIMUS, Juris tum studio deditus, nunc in militia honestissimis officiis præfектus. (\*) Qyam in Filiis rectissime educatis felicitatem optimo Parenti, Germanæ fidei viro, meritò omnes congratulamur. Excepit paulò post primam hanc disputationem secunda, titulo: *Censor censurā dignus, & tertia: Philosophus defensus, inscripta.* His sibi in Academia nostra verisimilium laudum corollis comparatis, meo fvasu Lipsiam adiit, salutatis ex eadem nundinarum occasione & vicinarium Academicarum doctotoribus, Wittebergæ Deutschnanno, Loeschero, Hanekenio, Neumanno, Schurtzleischio, Roefschelio, Schröero, Kirchmayeris, Röhrensecio, Jenæ Bechmanno, Seekenio, Hambergero, Pöneris, Halis Breithaupo, Antonio, Thomasio, Oleario, Buddeo & Ludo-vico; à qvorum omnium colloqviis, non poterat non eruditior & excitatior recedere. Lipsiæ verò iisdem, qvibz Rostochii, vestigiis insistens, postqvam habita pro Loco, ut vocant, de Logices ortu & progressu disputatione, Magistrorum Lipsiæ promotorum Jura atqve privilegia impetrasset, varis in Philosophia, & postea etiam in ipsa Theologia collegis institutis, propositisqve mox de Hoſtiâ, Sternberge à Judeis confossa & cruentaria, (Respondente in hac Julio Ernetho, in superiorē Hermanno Joachimo Habniis, gravissimi pientissimique Theologi, qvi Serenissimo DUCI nostro à sacris est, Filiis Paternarum virtutum æmulis) mox alia, qva denuo Gassendiana Paradoxa ad examen revocabantur, disputatione, non exiguum de fefam fama diffudit. Celeberrimi eqvidem & de universa Ecclesia nostra meritiissimi Theologi, D. Thomas Ittigius, cujus fuerat in convictu, & D. Gottlob Fridericus Seeligmannus, in cuius ædes erat receptus, è qvorum conversatione & Bibliothecis variarum sibi Scientiarum, sacrae cumprimis Thesaurum comparaverat, eo eundem encomio à se dimiserunt, qvod non nisi rarissimis tribui solet. Nam ille quidem ad ipsa subellia provocat & disputationes, totque Collegia Philosophica, Hebraico - Philologica, (qvorum interiorem notitiam ex pri-  
vatis

(\*) ex qvibus ille nunc Doctoris Theol. decus adeptus, ecclesiæ apud Nos Jo-hannes Pastor est constitutus. Hic cum Vicarius esset Centurionis, in bello contra Gallos præclare ac invictus esset,


## PROGRAMMA.

15

vatis scholis Rabbinicis & Syriacis Rabbini conversi, Felsi, Starkii  
item & Bloissii hauserat) Theologica, cum publico applausu habita,  
quibus discendo docendoque insignem sibi comparaverit eruditionis,  
imprimis sincera & orthodoxa Theologia, à periculis Novatorum  
hypothesibus aliena, apparatum; qua in re genuinum se demonstra-  
verit, ut Viro loqui placuit, Fechtii discipulum. Hic vero in directa  
ad me epistola, postquam ENGELKENIUM, Candidatum, ut vocat,  
Theologie dignissimum, talem se, qualem Systatica mea locute fue-  
rint, praestitisse dixerat; nam, inquit, & pietatis, non hypocritice  
illius, sed sincera, & industria laude apud nos claruit quam maximè.  
Versaneur omnium in oculis specimina publicè proposita, quibus, ut  
tempus colloaverit, abunde ostensum est. Neque quemquam hic,  
credo, elogia latent, quæ abs studios à juventute reportavit hactenus.  
Cujus utpote bono complures diei horas solerter voluit destinatas.  
Certè in Philosophicis non minus quam Theologicis, (qua utraque  
quippe magnâ docuit cum dexteritate) de insigni semper auditorum  
applausu sibi gratulari potuit. Exacto Lipsia biennio cum Rostochi-  
chium ante quadriennium rediisset, non veteres tantum scholas Phi-  
losophicas juventutis Academicæ commodo repetiit, disputationibus  
etiam publicis denuò propositis, utpote de Dispositionibus ad vatici-  
nandum, tum de Scepticismi ortu & progressu, itemque de Usu Logi-  
cæ; sed ut in ipsa Theologia partim erudiendo aliis prodesse, partim  
acquisitæ hactenus Scientiæ pondus & robur addere posset, Theolo-  
gica Facultati pro consequendo primo Baccalaureatus gradu nomen  
modestè suum professus est, sustinuitque exāmen Decano Maximè Re-  
vérendo Collega nostro, D. Jo. Petro Grünenbergio, præclarâ laude  
& dexterimâ promptitudine, ceu membranæ nostræ loqvuntur. Fa-  
ctum id XI. Martii MDCCI. Ex quo tempore impetrata à Facultate  
potestate & privatim cupidissimo studiosorum confluxu Theologiam  
docuit & Theologi de hac Acad. immortali cum gloria bene meriti,  
D. Justi Christoph. Schomeri, Collegium recentiorum controversia-  
rum, XIII. Disputationibus, quibus & eam adjecit, quæ de Senten-  
tiis in Scripturam S. injuriis & in tractandâ illâ minus tutis agit,  
sub moderamine Theologorum FCtis nostræ omnium, ipse Prefes  
riore exemplo ad ventilationem Academicam exposuit, ediditque  
in publi-

in publicum. Oblata quoque itineris occasione Hamburgum excursens, ex colloquiis cum eius loci Theologis celebratissimis, præcipue Winklero, Krumholzio, Edzardo, Hartkopfio, doctrina amplioris fluenter haurire adlaboravit. Quare & tot eruditiois sue specimenibus in omnium conspectu editis, cum & ad examen pro summo in Theologia gradu admitti peteret, nullaque nobis refragandi cause existerent, me quidem Pro-Decano, die XXV. Julii superioris anni aditus ad illud eidem factus est, quod dicente in matricula Facultatis nostra tum temporis Decano, venerabili Academiæ & Facultatis Seniori, simili vel etiam majori laude ac promptitudine, quæ prius examen pro Baccalaureatu, subiit. Non poterant isthac tam varia scientiæ Theologicæ in ENGELKENIO documenta in abdito manere. Quare eidem nuper Serenissimus Princeps, FRIDERICUS WILHELMUS, Dux Mecklenburgicus, Academia nostræ Cancellarius atque Patronus Magnificentissimus, Herus noster benignitate in nos inastimabili & clementia nulli Majorum suorum secundus, Professionem Theologicam publicam, eamque Extraordinariam, clementissime contulit, quam & post publicam consuetamque inaugurationem, Lectionibus in Libros Symbolicos habitis, jam feliciter adiit, omni conatu industriaque ad Academiæ nostræ incrementum & gloriam spartam posthac suam exornaturus. Cumque nihil nunc restet, nisi ut & Doctoris nomen decusque vigore Legum nostrarum asumat, solemni Disputatione de Legitimo S. Literarum scrutinio viam sibi ad hunc finem scopumque bono cum DEO parabit. Hanc igitur ut Magnificus Academiæ nostræ Rector, ceterique Reip. hic nostræ Proores, quounque nomine veniant, præcipue bonarum literarum Patroni atque fautoris, Civesque Academicæ, cum præsentia sua tum colloquiis cohonestare velint, meo & Collegii Theologici nomine observanter studioseque oro rogoque, studia simul Facultatis & obsequia Candidati nostri in omnes singulosque propensa, si qua occasione illa exhibere queamus, prompta atque parata promittens.

P. P. Rostochii, sub Facultatis Theologicæ Sigillo, Dominicæ Quasimodogeniti, Anno MDCCIV.



I. N. D. T. U. A.



Vantopere illi mortalium, qui sibi privilegium iudicandi adepti videntur ac cacumen prudentiae confundisse, id quod omnis prudens tam apex quam fons dici meretur, hoc est, *Scripturam Sacram*, contemnunt, & non secus ac gallus *Elopicus* unionem hunc pretiosissimum cum vili qvovis graeno permuteat,clare appetet ex horrendo *Angeli Politiani*, *Canonici Florentini* suo tempore famigeratissimi, effato; quando ille, se *Biblia* semel legisse, dixit, *Et tempus nunquam peius collocasse*; item: *Pindaridas magis sibi, quam Davidis Psalmos* placere, qva de re videri potest *Lud. Vives Lib. 2. de veritate fidei Christi*, ap. B. D. Reinh. *Bakium in Comment. exegeticopraetico posthumo in Psal. Davidis p. 31.* O. indignum homine, qui Christianum proflitur religionem, facinus! de quo incepit illud, quod in *מְכֹחַ הַפְנִינָה* affertur, & ex eo in *Floril. Hebr.* relatum est à J. Buxt. fil., dici debet: *כַּאֲשֶׁר יָתַשׁוּבْ (אֶרֶם) שָׁגֵעַ* *חַכְמָה* *תוֹאַסְכָּלָה* *כְּלָמָדָה* *תָּוֹאַסְכָּלָה* *כְּלָמָדָה* *תָּוֹאַסְכָּלָה* *כְּלָמָדָה* *תָּוֹאַסְכָּלָה* cum patet (homo) se ad finem ejus (sic sit sapientie) peruenisse, scilicet est! Christianum enim velue audire, & totius Christianismi fundamentum penitus contempnere, qvid aliud est, quam aquama haurire velle, & fontes omnes contegere atque negligere; qualia facientem insanus quis potius proclamaret, quam in admirationem ejus gratia raperetur. Verum enim vero obdurate ita sunt impii mundi hujus filii, ut detestabilem maxime, verissimam tamen eorum delineationem reperiamus in *Epistola Iudaicatholica* v. 4. sequentibus verbis: *Subrepserunt quidam homines -- impii, qui DEI nobis gratiam transferunt ad laetitiam & solum illum herum Deum ac Domum nostrum Jesum Christum negant, Item v. 10, 11, 12;* isti quacunque non novi, visuperant; quacunque vero naturaliter ut animantia rationis experita scirent, in ipsis se corrumpti. *V. ipsi:* Nam viam Caini ingressi sunt, & *deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt, & contradictione Cora perierunt.* *Ei sunt in agapis vestra macule, dum vobiscum convivantur, secutae seipso paucentes, nubes aqua carentes, ventis circumdatae, arbores emarcidae, infrugiferae, bis emortua, eradicatae; unde maris efferrata, desumantes sua ipsorum dedecora, bella erratica, quibus caligo tenebrarum in eternum servara est.* Qvis miraretur, ejusmodi hominum monstra, qva nobis à Juda graphicè depinguntur, ac vitari sedulo ab eodem jubentur, qvæque, cum terrenis adeo delectentur tenebris, à syavissima soli luce non possunt non quam maximè

PRÆFATIO.

maxime abesse, rationem suam, juxta Pauli monitum 2. Cor. X. 5. captivare nolle, ut potius, qua rationis decempeda metiri nequevit, apernentur ac risu excipiant? Conf. ea de re Celeb. nostris Dn. D. GRUENENBERGI Disserit. de Athorum religione prudentium & maximè Rev. Dn. L. Kettneri Exerc. de Religione prudentium. Qvod autem ad Politianum ante memoratum spectat, ne forte illum ideo excusandum putes, quod S. Bibliorum codicem non alter legerit, quam in versione latina adeò corrupta, ut non solum gravia ejus corruptionis exempla apud Waltherum legere licet in Offic. Bibl. §. 383, l., sed & in illa corrigenda duo ex Paparum ordine fallibilitatem suam toti orbi pudendo more ostendint, demonstrante eleganter Jamesio in bello Papali; obserendum erit, quod fastuosus ille temporis amator partim non ita generatim de scripturali quoq[ue] debuit, cum juxta solam versionem latinam non sit iudicandum de Scriptura S. in fontibus spectatae amicitate, quamquam ipsa quoq[ue] memorata versio latina varia loca sat bene exprimit, frustra ab ea recedentes aliis interpretissi, si cito stendit Joh. Boishus Disquis. in Ewang. Et. Ab citatus à B. Pfeiff. Crit. S. Co. XI. §. 4. Ut proinde Politianus suam portius infelicitatem, quod dulcem ex ipsis fontibus sacris aquam vel non posset vel non velle haurire, deplorare debuit, quam profanos cibos illi præterre coelestis. Alii communis erat temporibus tenebrarum Papalium ante Lutherum Bibliorum Sacrorum vel contentus, quo spectant modo dicta, vel negleguntur, teste historia. Verba Alberti Episcopi Moguntini, aliaque hic pertinentia Mânceri, Cardinalis Petri Bembii, Pfugii, Leonis X. Et P. Sota effata adducit Bakius ibidem, et Misander Bibl. Ergo h[ab]ilitate. Anno 1694. p. 122. 124. Qvod autem non aperte solam ejusmodi verbis, sed vania etiam iniquis sententiis autoritatem S. literaturam labefactare querant mortales, ostendi D. J. in Diff. de Sententiis in Sacram Scripturam injurias vel in tractanda examinus tatis, qua varia sententiarum illarum classes quodammodo adumbravit. Quare etiam ea de re ex professo iterum hanc vice agere animus non est; verum potius, cum sub finem ingressus Differt. cit., data occasione legitimum S. literarum Scrutinium B. L., pro qualicunque viri modulo, exhibere promiserim, materiam illam in presentiarum, D. I., ad manus sumere constitui; motus tunc Pontificiorum, etiam recentissimorum, injuria, ex quibus præstantissimi, deposita larva, qua ad tempus ostensa est à variis, ac si interdictum illud Scrutinis Biblii hodie cessaret, Scriptaram S. laicis eripere conati sunt, ad quorum ordinem pertinet fanigeratissimus Rich. Simon in Observat. historie Critica Novi Test. additis, 4. ultimis Capitibus, ubi lectionis bibliæ prohibito tangquam remedium proponitur ad conscientias, ob calicis privationem anxiias, ranguillandas, quem breviter & solidè perscringit Lipsiensis theologus D. D. Itzigius.\* Hopes quondam meus ac Preceptor, Fautor vero perpetuus maximè colendus, in Orat. sub auspiciis Professionis, quam hodiendum tenet, Theologica habita; tum tui ipsius dignitate, qua adductos videmus & nunc & olim Dei amatores, ut quam diligentissime lectioni ac scrutinio Bibliorum invigilarent, qualia exempla collegit

\* Jam beatè defunctus.

147

## PRÆFATIO.

3

collegit Mifander l.c.p. 1539. Unicum rantum ex vetulloribus, ob seculi infelicitatem & persona splendorem maximè estimandum, afferre placeat, Alfonso scilicet sapientis, qui juxta C. Martha Theat. His. pag. 96., in Hispania Regno Patri successus Ao. 1252., & Biblia Sacra non solum quod Textum, sed & cum Commentariis tunc extantibus, q. vicibus perlegisse traditur, teste Panormitanus Z. 2, apud eundem Matthiep. 964. Respectu nostri temporis addi meretur memoria Serenissimi quondam, nunc Beatisimii Duciis Mecklenb. GUSTAVI ADOLPHI, cuius in S. literas studium satis exinde appetat, quod subtilissimum in S. S. Theologiae materiaum non cognitionem modo habuerit; & de his cum doctissimis Theologis, quorum maxime delectabatur consuetio, tam coram, quam per Epistolam conferre gavilis sit, prout vel ex Epistolis ad Magnis. Dn. Praesidem, patrem meum in Christo maxime venerandam, DEFECTUM exaratis, & ab illo pretiosi instar cimelii astervatis, luculentem patet; cuius Beatisimii Principis erga Theologos reliquumque Eruditorum ordinem non satis laudandus favor, viget adiutus in dignissimo eius successore, Serenissimo Duce FRIDERICO WILHELMO, quem Deus T. O. M. omni benedictione coronatae cum Serenissima Duciis Conjuce ac Familia, per plurimos annos clementissime conseruare velit! Quid ad ipsum thema propositum spectat, constitueram quidem mecum, legitimum illud s. literarum scrutinium considerare I. generaliter ac in thesi; 2. specialiter ac in hypothesi, quomodo scilicet illud in ecclesia Lutherana, h. e. orthodoxa, observatum si à primis ejus initis ac hodiennum adhuc servetur; sed ne nimis excrescat Dissertatione, primum factum nunc præstare possum; idque faciam per deductionem quandam luculentum Salvatoris nostri effati Job. V.39. adjuncto Zefatiano, quod illi parallelum est, disto Cap. XXXIV.16., quibus scrutinium S. Scripturæ quam efficacissime præcipitur. Ne igitur in Dictorum illorum tractatione aquod oddas progrederat, rejectis vel sepositis aliis, de quibus vid. B. Pfeiffera Theol. Herm. Cap. XV, tractandi modis, cum Celeb. hoc Theologo concedam; Textui optime satisficeri, & omnia ab aliis nonnullis late proposita commode pertractari posse, si præmititur textus dispositio; sequatur des inde Tractatio exegética, exhibens sensum literalem; problematica, quæstiones nibus adhibitis, relolvens dubia circa textum mota; porismatica, tradens usus ex textu fluentes, & si opus sit, Sectio extraordinaria, curiosa quedam addens occurrentia. Interim haec ratione illa exhibebeo, ut tres faciam Sectiones: pri-mam, quæ ipsa dicta corumque connexionem & dispositionem, adjunctis quibusdam eò spectantibus quæstionibus; secundam, quæ exegesin ac quæstiones circa materiam ipsam occurrentes per certa capita juxta ordinem dispositionis; ac tertiam, quæ porismata nonnulla exinde provenientia tradat. Deus me spiritu suo i, in omnia veritatem ducat; Amen.

A 2

## SECTIO

4  
**SECTIO I, Dicta eorumque connexionem & dispositionem exhibens.**

**§. I.** Ut ipsa dicta corda nostra animosq; eo firmius occupent, optimum erit, eadem tam in originali sua lingua quam versionibus quibusdam exhibere.

Dictum Jobanneum C. V, 39.  
 Ερευνάτε τὰς γέναφας.

**Syriace :** ܟܼܻܻ ܻܻܰ ܻܻܰ

Scrutamini Scripturas, juxta Vulgatam, quam hic communiter sequuntur interpres, et si Jo. Lightfoot in Horis Hebraicis cum aliis nonnullis reddere malit: Vos inquiritis in Scripturas.

**B. Lutherus :** Suchet in der Schriftt.

Nonnus in Paraphrasi: γενάφια θεορότω μασένεν θεοφαλε βιβλων. Quæ verba ita vertit Hedenecius Med. D.: scripta diviniloquorum inquirite oracula librorum.

**§. II.** Ad connexionem dicti nostri Johannei qvod spectat, ex ipso capitis Vti, ad qvod dictum istud pertinet, initio clare patet, in festo Judeorum, scil. Paschate, (ut deinceps, DEO juvante, probabimus) sermonem illum, cuius partem quendam verba, considerationi nostræ exposita constituant, a Salvatore nostro ad Judæos habitudine esse, cum nimirum nefarii illi judæi ob ingens miraculum, saeratione hominis, gravi morbo jam 38. annos affecti, prope lacum Bethesda

Dictum Jesaianicum c. XXXIV, 16.

רְאֵנָה בְּעֵל סִפְרֵי הַתּוֹרָה

qvod Chaldaeus vertit:  
 חֲבֵשׁ מַעַל סִפְרֵי רַי

Vulgatus : Requirite diligenter in libro Domini.

Junius : Qværite ex libro Jehovæ.

Tigurina : Sciscitamini ex libro Domini.

B. Lutherus : Suchet in dem Buch des Herrn.

LXX. Verba illa plane omiserunt, substitutis eorum loco seqventibus omnino diversis: ἀγέθινος παρηγένθω, seu numero advenerunt.

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO SECT. I.

Bethesda die Sabbathi peractum , & nomen Filii DEI , Christo semet-  
ipso tributum , Salvatorem acerbe perseverentur & occidere quærerent .  
Hæc enim molimina perspiciens JESUS , de vera divinitate sua , æqua-  
litatem cum Patre , nec non infinita potentia sibi competente , ad obsti-  
natos illos mortales überius verba facit , eorumque , quæ profert , pro-  
bationem ut ex aliis argumentis , ita quoque ex Scriptura S. infalli-  
bili testimonio desumit , addito illo maxime emphatico præcepto :  
*ερευνατε τὸν Υἱον* . Ita autem sese habent omnia in toto hoc ca-  
pite Vt contenta , ut nihil (excepto v. i. de quo S. seq.) ex reliquo  
Evangelistis harmonice interserere necesse sit , sicut in plurimis aliis  
locis necessarium est , actuque præstatur à variis , quos habemus , Har-  
moniarum Evangelicarum Scriptoribus . Et horum plurimi quidem  
existimant , ab Evangelistis ordinari temporis in historia sua con-  
scribenda non adeo accurate observatum fuisse , sed hinc inde multa ,  
quæ ante vel post contigerunt , inserta inveniri , qualis ordinis ratio  
in tota antiquitate , inde à Tatiano Justini discipulo usque ad Ger-  
sonem , servata fuit , juxta Harm. Chern. Lysero-Gerb. cap. 45. p. 347 ;  
alii vero rectius cum Andrea Osiandro , Carolo Molino , Magno Dn.  
D. Calovio ac Dn. Sandhagenio hac in re celeb . (qui conferri potest  
in Præf. der kurzen Einleitung zu den Geschichten unsers Herrn  
JESU Christi) singulos Evangelistas ordinem hunc , quem sapien-  
tero quoque explicite per particulas , temporis circumstantiam indi-  
cantes , innuant , ordinarie satis accurate tenuisse defendant .

S. III. Licet autem totum hoc Vtum in Johanne Caput ,  
quoq[ue] suas partes spectatum , adeo facile connectatur , non tamen  
pari facilitate integræ relationis c. 5. contenta ordo , respectu reliquo  
historiæ evangelicæ , appetat , ita ut Job. Lightfoot in Harm. Evang.  
p. 529. dicere non vereatur : quod *nusquam in toto Evangelio diffi-  
cilius sit historia connexio* . Præsupposito enim , quod S. Johannes  
multa sibi tractanda sumat , quæ ab aliis Evangelistis sunt omissa , re-  
cte observante Calvinus ad Job. Cap. XIII , quorum pertinet numerus  
annorum ministerii Christi , per Paschata ab ipso posita determinatus ,  
ita , ut primum Pascha indicetur cap. II. 13 , secundum implicite in præ-  
senti capite , tertium cap. VI. 4 , quartum Cap. XII. i. XIII. 1 ; (quo ipso  
refutantur illi ex veteribus , qui à baptismo Christi ad passionem

annum tantum unum effluxisse existimant; ut ab Ireneo recte observatum est,) quanam ex reliquis Evangelistis immediate huic Paschati præmittenda veriant, dubii sunt Harmoniarum Scriptores. B. Sandhagen paulo ante memoratus, collocat caput hoc post ea, quæ contigerunt Marc. II. 23. usque 28, collato Luc. VI. 1. usque 5, ubi Christus discipulos suos, spicas Sabbato, & quidem δευτέραν την εὐλέτες, adversus Pharisæos defendit; præcedente in eodem Marci capite vocazione discipuli v. 13. usq; 17., nec non Luc. V. 27. usq; 32, atq; responsione Christi ad quæstionem: quare Johannis ac Pharisæorum discipuli ad eò sæpe jejunent, non autem discipuli Christi, Marc. II. 18. usq; 22. Luc. V. 33. usque finem. Assumit itaque Vir modo laudatus hypothesis illam, quod sabbatum δευτέραν denotet *Sabbatum aliquod hebdomadale Paschatis Festum antecedens*, & claris verbis dicit: *Um andern vornehmen Sabbath für Ostern/ secutus B. Sebastian Schmidius in Diss. de Sabbath. Denteroproto §. 27, conf. etiam J. Lundii alte Jüdische Heiligtümern ed. in fol. p. 108*, quæ in re consentiunt quoad generalia *Const. l' Empereur, Job. Cloppenburg, Lud. Cappellus, & Sam. Petitus*, licet quoad specialia haud parvam foveant differentiam, quam insinuat B. Frischm. in Diss. de eadem voce cap. I. §. 16, s. ubi hos IV. viros refutat. Fundamentum cui B. Sandhagen cum Schmidio innititur, est: quod Judai suo cum annum sacrum inciperent à Mense Nisan vel Abib, Exod. XII., ante Pascha, ejusdem scil. mensis XV. die celebrandum, duo tantum habuerint Sabbath, unde ea dicta sint *duo prima Sabbathata, in contradistinctione reliquorum, quæ omnia sequebantur festum Paschatis*: inter se autem commodius distingui non potuerint, quam ut prius diceretur *πρωτόπετρων primorum primum seu prius, posterius δευτέρων πρινορυμ secundum seu posterius, seu alterum primum*, quæ sunt verba ipsius B. Schmidii in allegata Dissertatione, quæ est *qua in Diss. Theol. Philol. fasciculo, in qua B. Henrici Müller, Theol. Rostochiensis, sententiam mox proponendam, ab hoc in Diss. de baptismo pro mortuis & Sabbatho δευτέρων 165, edita, expositam, refutare conatur; ita tamen, ut viro illi, dissentendi libertas relinqatur, prout ipse ait §. 1.* Ast B. Frischmuth l. c. fundamentum illud sententiae Schmidianaæ plane in dubium vocat, afferendo *Diss. sua jam citatae c. i.*

§. 18:

§. 18: dicendum esse, quemadmodum tunc (cum Christus in terris a-  
gebat) menses non amplius numerabantur à mense *Nisan*, sed certis  
suis nominibus e *Chaldea* allatis insigneabantur, ut etiam ex libris  
*Maccabaeorum* constat, *Maccab.* VII, 43, & computus annorum non  
ab egressu ex *Egypto*, sed imperio *Alexandri* instituebatur; ita planè  
nullum sabbathum ab illo sacro, quem vocant, anno fuisse denomi-  
natum, quam assertionem autoritate verborum *R. Bechai* confirmat,  
ex quibus apparet, qvod in memoriam liberationis ex captivitate  
*Babyl.* illud factum sit, cum primus numerus annorum institutus esset  
in memoriam egressus ex *Egypto*. Qvo ipso probationes, à *B. Schmidio*  
§. 28. adhibitæ, non amplius stringunt. *B. Frischmuth.* igitur optimum  
censet cap. 2. §. 1. & 6., cum *Josepho Scaligero*, *Müller*o multisqve aliis,  
*Scaligerum* secutis doctiss. Viris, per Sabbatum δευτέρου intelligere  
Sabbatum hebdomadale, proximum vel primum à secundo Paschatis  
die sive διὰ τῆς δευτέρας πεντηκούντας. Secundus enim Paschatis dies val-  
de memorabilis est, qvia illo Omervel manipulus spicarum DEO of-  
ferebatur, & ab illo numerari incipiebantur, qd. dies ad Pentecosten,  
vid. *Lev. XXXIII*, 9. - - 18. *Deut. XVI*, 9. Ceterum, ut recte an-  
notat *Grotius* ad *Luc.* VI, 1, traxit quidem multos in assensum ma-  
gni viri (*Scaligeri*) autoritas; alt non desunt, qva aliud persuadere  
queant. Qvoniam enim, nisi necessariae rationes aliae contrarium  
doceant, ad ipsam vocis naturam respiciendum est, facile appareat:  
δευτέρου latinè significare alterum primum vel primarium, sic-  
ut per *Deuteronomion* indicatur lex à DEO iterato repetita, non in-  
terioris dignitatis ac primum lata. *Conf. B. Chemnitius Harm.* cap.  
45. p. 349. Indicatur itaque voce ista vel ultimus festi dies, que  
sententia est receptissima, monente *B. Chemnit.* l. c., vel si id non pla-  
cket; qvia Sabbati nomen etiam absolute diei nostro tribuitur in eo-  
dem contextu v. 5, qvod ita positum sine terminis alienantibus Sab-  
batum hebdomadale indicat, & per vocem δευτέρου in hoc  
versu certam tantum determinationem accipit, cum ultimus festi di-  
es Sabbatum potius ἔχαλον vocandus videatur, qvi, æque ut primus  
dies majorem accipiebat dignitatem, si Sabbatum hebdomadale in illum  
incideret, vid. *Job. VII*, 37: ipsum potius *Sabbatum hebdomadale*  
intelligendum est; qvod tunc, quando primus & ultimus sive septi-  
mus

mus festi Paschatos dies alio, quam Sabbati hebdomadalis die, celebra-  
bantur, intermedio qvodam inter primum & septimum die adveniebat;  
atque sic ordinarium illud Sabbathum dignitate primum, qvia ordine  
tum secundum erat, post primum scilicet. & ante ultimum diem festi, vo-  
cabatur δευτεροπάσχα, ut recte legimus in *Harmon. Chemn. l. c.*  
Qvare, ut tandem ad scopum perveniam, (cum omnes variantes de  
Sabbato deuteroproto sententias h.l. longo ordine addere, instituti ra-  
tio non permittat, quas apud *Müllerum, Frischmuth, Chemnitium*  
& alios tū ab iis tū à *Lundio*, locis ante nominatis citatos, videre  
licet,) juxta sententiam ultimo adductam, qvod scilicet per *Sabbat-*  
*um deuteroproton* ipsum *Sabbatum hebdomadale*, inter medios Pa-  
schatis dies tunc temporis occurrentes, indicetur, statuendum est: histo-  
riam de confricatis a discipulis Christi spicis ponendam esse post pri-  
mum capit. V. versum, cum Christus scilicet Festi ergo Hierofoly-  
mam advenisset, &c., postquam extra urbem pernoctaverat, (sicut vix  
qvidem reperitur exemplum, qvod ibi noctem quandam transegerit,  
conf. Joh. XVIII, 1. 2. Luc. XXI, 37.) ad publice celebrandum in-  
cidens Sabbathum ordinarium in urbem reverteretur. Qvoad reliqua  
hoc loco cura B. Sandhagenio consentio.

§. IV. Verum sicut hæc latius deducere opus non est, ita  
nunc ipsa dispositio est adjungenda. Prenoto in genere, capite  
quinto *Johannis* contineri acta festi Paschatis secundi, qvæ re-  
ferri possunt ad tria capita, qvorum primum est miraculum à Chri-  
sto peractum v. 1. usqve 9. *IIdum* contentio de Sabbatho, qvæ in-  
choatur cum homine sanato, v. 10. -- 16, continuatur erga Iesum v. 16.  
qui se defendit v. 17. *IIIitum* concio de vera Deitate ac officio Christi,  
ita ut recensetur (a) occasio, sc. aucta ex defensione Christi Iudaorum  
indignatio & persecutio, v. 18. (b) secuta Christi informatio apolo-  
getica v. 19. -- 30. (c) eorum, qvæ prolatæ erant, firma probatio,  
productis irrefragabilibus certisque testimonis, à Patre ecclæsti profe-  
ctis v. 31. 32, qvorum ordine commemorat quinque. (1) *Johannis* Ba-  
ptistæ v. 33. 34. 35. (2) operum ab ipso perpetratorum v. 36. (3) vocis  
de cœlo v. 37. (4) Verbi Divini in Scriptura exhibiti v. 38. 39, & (5)  
*Mosis* speciatim v. 45. 46. 47. Ipsum igitur dictum nostrum perti-  
net ad argumenta probantia Divinitatem & officium Christi, & qvi-  
dem,

151

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO SECT. I.

dem, quod ad *integrum versum 39.* spectat, reperimus ibi tam (N) *adhortationem* ad *scrutandam Scripturam*, quam (D) *adhortationis rationem*, eamque duplicem: *primam*, quia *juxta ipsorum Judaeorum sententiam Scripturæ S. viam ostendant ad vitam aeternam; secundam*, quia *referuntur de Christo*; quorum accedit *tertia* in *versu sequente 40.* quia *Judei nolint venire ad Christum*, ut *vitam habeant*, unde scil. *necessitatem* eorum *pertinaciam per Scripturas refellere*, ut *recte* statuit B. S. Schmid. *Colleg. Bibl. post. loco 1. §. 17.* Cæterum rationes illas incidenter quidem perlustrabo Sect. 2; verum ad *harmoniam veteris & Novi Testamenti* *juxta dicta ab initio allegata ostendendam*, primum *saltem membrum*, nempe *adhortationem Christi ad scrutandum Scripturam S. ex professo tractabo*, ubi reperitur (I.) *Subiectum*, quod *adhortatus est Christus*, (II.) *Objectum* *scrutandum*, (III.) *Actus* & (IV.) *modus*, de quibus omnibus in Sectione secunda agendum erit.

S. V. *Dictum Jesaianicum* sequenti gaudet connex. & dispositione. Postquam v. 1, tanquam in *Exordio*, præceptum omnibus gentibus, ut audirent, *secutaque esset propositio de ira DEI*, vindictam aduersus gentes, populi DEI inimicos, exercitura, tam generati<sup>m</sup> v. 2., quam speciatim erga Edom. v. 5, adjuncta utrobiique amplificatione, vindictam illam graphicè pariter ac majestaticè repræsentante, usque v. 15, *conclusio* demum dura illi Prophetie annexatur hoc versu 16. & 17, infallibilem prædictionis memorata certitudinem ob oculos sistens; unde commendatur inspectio atque scrutinium *libri Iehovæ*. Specialis verborum Jesaiæ ante citatorum dispositio eadem esse debet, ac illa, quam ante circa Johanneum dictum attuli, quare quatuor istæ partes hic quoque ob oculos sunt sistendæ. Ad meliorem autem occurrentium quorundam dubiorum resoluti<sup>m</sup> n, quæstiones nonnullas adjungam una cum earum resolutione. *Sit itaque.*

*Quæstio 1.* Quidnam illud festum sit tempus, in quod adhortatio Joh. V, 39, contenta, à Christo fuit prolata? Resp. Jam ante dictum est, intelligi *Festum Paschale*; secundi nempe ab inchoato Christi ministerio anni. Interim hoc ipsum non adeò clarè à S. Johanne proponitur, ut non Interpretes quidam etiam ex optimis aliis hic foverint opinionem. Sic non modo Calvinus circa locum

B

cit.

cit. sequentia profert: *quoniam non exprimit diserte Evangelista, quoniam dies hic fuerit, probabilis tamen conjectura est, Pentecosten notari; securus in ea opinione ex Veteribus Chrysostomum & Cyrillum apud Bezan, citatos à Mattheo Polo ad h. l., & Epiphanius, quem prioribus addit B. Chemnitius in Harm. Proleg. Cap. III. p. 10: sed etiam ex Nostris B. Egid. Hunnius in Comment. ad. b. l., judico, inquit, aliud (præter Pascha) solenne Iudeorum festum, nempe vel Pentecosten vel Tabernaculorum intelligi. Ratio inter alias, quas asserunt, hæc est: quod verosimile non sit, Evangelistam, qui capite II. & cap. VI. mentionem injicit Paschatis, hoc quoque capite de Passate quodam agere; quia hac ratione quatuor capitibus biennii periodum completeretur. Verum, ut hæc ratio valde invalida est, quoniam nobis non convenit Spiritui S. præscribere, quot capitibus ea complecti debuerit, quæ de gestis Christi revelare nobis voluit; ita sententia sua non possunt firmiter inniti istius patroni, quam & Calvinus conjecturæ tantum nomine appellat, addens: *de ea re non contendo.* Quod enim Pascha hoc loco intelligatur, (1) patet ex Joh. VI, 4, ubi videtur quasi explicatio extare hujus loci, dicente B. Chemnitio ad h. l., quia ibi legitur, ἦ δὲ ἡγγὺς Πάσχα ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰεδαιῶν, atque sic Pascha speciali ratione festum Iudeorum appellatur, utpote quod præcipuum fuit inter festa Iudeorum, propter memoriam liberationis Ægyptiacæ & significationem liberationis spiritualis, per Messiam, Christianorum Pascha. 1. Cor. V, 7, præstandæ. In præsenti itaque nostro Textu, Job. V, 1. ἡορτὴ τῶν Ἰεδαιῶν per Antonomasianum denotat ipsum Pascha, eadem ratione, ut per Apostolum solemus Paulum intelligere. Neque desunt clara talis acceptio exempla apud Evangelistas, e. g., quando Judæi Matth. XXVI, 5, consultantes, nolunt Christum occidi ἐν τῇ ἑορτῇ, Pascha, Festum intelligendo juxta versum 2, quod tamen postea factum occasione prodictionis Iuda, ut pateret, Jesum esse verum nostrum Pascha, 1. Cor. V, 7. Imò ne articulus τῇ, voci ἑορτῇ appositus, differuntiam à loco nostro Johanneo indicare videatur, audiamus Lucam C. XXIII, 17, ubi inuit, consuetudinem fuisse, ut dimitteretur quidam ex captivis καὶ ἑορτήν. Et si enim Pascha indicetur juxta, cap. XXII, 11; articulus tamen nullus est appositus. Deinde (II) haud male pronuncia*

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO. SECT. I.

158

pronunciat Lightfoot. in *Horis Hebr. ad h.l. Job.*, non addi speciale Paschatis nomen ab Evangelista Job. V, 1, qvia verba Christi satis elucidationis esse possent de re ista, quæ scil. Cap. IV, 35, præcedunt, parique modo differit Chemnitius in proleg. cit. p. 12. Christus enim in oratione, ad discipulos propè Samariam Job. IV, habita, sequentibus verbis indicat, messem adhuc quatuor menses abesse: εἰ τεργάυετο ἔτι, καὶ οὐ δεσμοὺς ἔχει. Si igitur post præterlapsum Pascha primum, juxta Job, II, 13, IV, adhuc menses erant usque ad messem, sequitur, quod in nostro Cap. V. per festum non possit indicari Pentecoste, statim post Pascha primi anni memoratum secuta, cùm inter hæc duo Festa 50. tantum dierum s. 7. hebdomadum spatium intercessit, non a. 4. mensium. Porro neque etiam tabernaculorum, quod Hunnius nominat, festum primi anni intelligi potest; qvia, si messis post Pascha in Aprili vel Majo inchoata fuit, ut 4. menses obtineantur, statui debet: mense Decembri vel Januario verba hæc à Christo esse prolatæ, cùm tabernaculorum festum jam præterito mense Septembri celebratum esset, sicut & Encæniorum festum, ne forte illud afferas, præcesserat mense Novembri. A Decembri autem usque ad sequens Pascha nullum tale incidit festum, quod Deus instituit per Moysen Hierosolymis celebrandum. Primus, qui illud Pascha in narratione Johannis eruditæ, certò & liquido monstravit, est Andreas Osiander, cùm Ireneus vestigia quædam ostenderit, juxta effatum B. Chemnitii in Harmonia Proleg. Cap. 3. p. 11; quod nisi monstratum esset, tria saltem haberemus Paschata, ac periret elegans illa ex Danieli à B. Luther & aliis prolatæ annorum ministerii Christi ratio. Nam Prophetæ, postquam indicasset cap. IX, 27: Messiam confirmaturum esse fædus (ab inchoato ministerio) per septimanam, pergit: in medietate septimanæ (qvæ, si intelligas annos per dies, conficit tres annos & aliquot menses) finem imponet sacrificio, sc. abrogatione per mortem suam reali, qvæ praftita umbra Leviticæ cessabant. Jam autem harmonia Danielis & Johannis observatione ista clarè ob oculos ponitur, Christi ministerio in terris tres annos integros & partem quædam quarti tribuendo. Conf de LXX. hebdomadibus Danielis Calovius Bibl. Illustr. eumque secutus B. Pfeifferus in Dub. vex. ad h.l. Quod autem ad observationem Osiandri, Chemnitio

## DE LEGITIMO SACRARUM

32

*minio plurimisqve post eum probatam, spectat, ea à Dan. Heinso  
in Aristarcho saevo in tantum quidem recipitur, ut Joh. V, 1, per vocem  
festi, Pascha intelligi concedat; verum modus probandi ex Joh. IV, 25,  
plane ab eo rejicitur, statuendo: id qvod l. c. refertur, quindecim vel  
circiter ante Pascha diebus contigisse, ob Christi defatigationem &  
firmiter ibidem memoratam; & τεργάμενον δε ετομόν dici tempus, in  
qvo duo festa, Pascha & Pentecoste, concurserent, qvorum priore  
messis initium sumebat, posteriore finem. Verum B. Glaffius in Gram-  
mat. S. p. 445, sententiam illam Heinsii non tantum recenset, sed et-  
iam recte refutat; qvia sane nemo mirabitur, post itineris, imprimis  
pedestris, molestiam, tam defatigationem qvam sitim seqvi posse, in  
regionibus imprimis calidioribus, & istum, qvem Heinsius afferit, vo-  
cis τεργάμενον apud Judæos tūm temporis adfuisse usum, ex Auctoribus  
probari nequit, cum ē contrario ipse textus distantiā messis haud ita par-  
vam svadeat, dicendo: *nonne vos dicitis, adhuc ēti* (qvod certe in pluri-  
mis exemplaribus adest) *quadrimestre tempus supereft, & messis erit;*  
sicut & in sequentibus oppositio videtur fieri inter messem illam *natu-  
ralem*, qvæ adhuc procul absit, & *spiritualem*, qvæ sit maximè pro-  
pinqua, quando haecce legimus: *spectate regiones, jam aliae sunt ad  
messem.* De messe enim spirituali sermonem esse in his verbis, clare  
indicat seqvens v. 36: *qui metit, inquiens, mercedem accipit, & con-  
gregat fructum in vitam aeternam.* Et hisce suppositis firma stat Pa-  
scatis ex adducto capite IVto probatio.*

*Qvæstio 2.* Qvare LXX- viralis versio tantopere à textu  
hebræo recesserit, ut omisiss ipsius verbis, aliena qvadam in-  
seruerit? Resp. Non equidem ignoro, qvōd versio memorata in  
tanto apud Veteres qvoscdam, Papiam Ducem secutus, fuerit  
æstimio, ut eam ex Divina inspiratione profectam existimaverint;  
imò, qvod ex recentioribus Isaacus Vossius in peculiari *Differ-  
tatione de LXX. Interpretibus*, versionem illam, tanquam mñus  
corruptam, ipsi Hebræo Veteris Testamenti codici prætulerit,  
sententiamqve suam contra Richardum Simonium, in responsionibus illi  
oppositis latius defendere conatus sit. Ait veteribus satisfecit Hiero-  
nymus, fabulamqve de 72. cellulis, Georvius fundementum, re-  
futavit. *Vossium* a. ita represtit laudatus *Simonius*, ut hic licet, vanè  
persua-

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO SECT. I.

persvafus, qvod omnes devorare posset, propemodum tamen ab hoc si-  
monio devoratus sit, judice *Tenzelio Coll. Menſt. Ao. 1689. p. 580.* De  
scriptis ipsis eristicis conferri possunt *Acta Er. Lips.*, qvæ contenta  
scriptorum breviter exhibere consueverunt. Itaque fatendum, qvod  
qvædam quidem ex antiqua adhuc versione LXX-virali in ea, qvam  
adhuc hodie possidemus, supersint; prout ex locis in N. Tto & Patri-  
bus extantibus appetet, cum Spiritui S. versione ista, etiam in locis  
qyibusdam, ubi a fontibus recedit, uti placuerit, non nude *και* *αν-*  
*θεων* & per descensum, uti cum multis vult B. Scherzerus *System.*  
*Loc. i. §. X. p. 11;* verum potius, *ubi veritas rei,* et si sine interpretum in-  
tentione, *nihilominus servata fuit,* (qvæ est mens B. Pfeifferi *Crit.*  
*Sacr. cap. XI. quest. 4. p. 326,* qui ipsum locum *Hebr. XI. 21, à B. Sch-*  
*zero allegatum* iuxta hanc hypothesis resolvit in *Dubii vexatis ad*  
*Gen. LVII. 31;*) interim tamen veram atque incorruptam LXX-viralem  
versionem non habemus amplius, qvia in ista, qvam hodie ita ap-  
pellamus, virorum LXX. versione, tot tantæque ab originali textu re-  
periuntur differentia, in confusione literarum, neglectu punctorum,  
vocabulorum conjungendarum divisione, dividendarum conjunctione, qua-  
rundam additione, aliarum omissione consistentes, ut Hebreis viris,  
Græcæ simul lingvæ non summe imperitis ac a voluntaria depravatione  
alienis, vix adscribi posse videantur. *Conf. überius B. Schomerus, Theo-*  
*logus quondam hujus Academie acutissimus, in Coll. noviss. controv.*  
*cap. 2. §. 7. p. 24,* it. B. Pfeifferus *I. c. p. 323,* & magno numero ab eo  
allegati. Ultimus ex citatis Theologis, inter argumenta corruptionem  
versionis septuaginta-viralis adstruentia, referit *loc. cit. p. 327;* qvod loca  
à *Talmudis* in *Megilla c. 1. f. 9.* adducta in hodierna versione græca  
ita non habeantur, *Lighfootus* vero in *Addendis ad C. XIV. 1. Corinb.*,  
qvæ reperiuntur in *Horarum Hebr. fine,* collationem instituit *Histo-*  
*riæ de LXX interpretibus*, prout apud *Josephum de Antiquit. Jud. Lib.*  
*XII. c. 2.* & *Talmudicos* loc. cit. repertur, atque rationes proferre alla-  
borat, qibus evincat, ut ait c. 9. sub initium, *latere in incerto: an Tal-*  
*mudici ullam agnoscant versionem LXX- duorum omnino, et si mihi*  
*rationes illius non tanti videantur, ut eum qui contra illum defendit,*  
*validè convincere queant.* Qvando enim in *Talmude dicitur Massech-*  
*Sopherim*

Sophei

Sopherim, exscriperunt (LXXI.) legem per se ipsam: at 13. loca in ea immutarunt, non statim recte dicitur: transcriptisse quidem eos (LXX.) grecę, textum scilicet Hebraum literis græcis, & non vertisse, prout ait Lightfoot. c. 7. p. 935. A; qvæ Ptolomæus, cuius iussu hæc scriptio à Talmudistis facta dicitur, non literarum modo Hebraicorum, sed & lingvæ ignarus erat. Illud vero qvod scripserint legem בְּנֵי עֲזָבָה per se ipsam, opponi videtur 13. locis immutatis, hoc sensu: verterunt legem prout jacebat, exceptis 13. locis. Pariter ad illa quoque argumenta, qvæ Cap. VIII. p. 935. à Libgfooto afferuntur, aliquid regeri posse, procul dubio præsentis ipse, neque omnino fudit opinioni prolatæ; sed saltem in incerto latere rem, dixit, ut ante vidimus. Interim retenta B. Pfeifferi sententia, traditio ista de tredecim locis immutatis non statim pro figmento habetur, (qvod ne fiat, Lightfootus, scriptis Judaicis excessivè deditus, adeò sollicitè præcavere studet, vid. p. 936. ad fin. cap. VIII) qvia variationi ac corruptioni versionis LXX-viralis à B. Pfeiffero adscribitur, qvod hodie aliter se habeant loca Talmudistis notata, non autem figmento Talmudis. Ad loca omissa & male suppleta præsens noster Jesaianus pertinet, in qyo de bestiis in antecedentibus nominatis superflue additur textui hebræo, qvod illæ numero advenerint, & elegantissima rursum ad librum Domini provocatio plane omittitur, ut vel exinde, qvam exigua sit & fallax versionis illius autoritas, satis pareat. Denique in eo, quando in loco nostro Jesaiano LXX-viralem versionem à textu Hebræo recedere affirmo, communiorum sequor opinionem, qvæ totam Scripturam à LXX- Interpretibus translatam esse, tradit, cum nonnulli ē contrario solum Pentateuchum ab iis versum esse existimant. Illud enim & curiositas & institutum Ptolomei, tum citatio T. Novi tum, conditio Iudeorum Egyptiorum confirmare videntur, dicente Pfeiffero l. c. p. 335.

## SECTIO

## SECTIO II.

*Exegesis & quæstiones circa materiam  
ipsam occurrentes exhibens.*

C. I. de subjecto, cui scrutinium commendatur.

§. I.

**P**RÆNOTAVIMUS in Exordio, quod juxta rationem factæ dispositio-  
nis ea, quæ in textibus nostris occurunt, tractatur simus. Pri-  
mo igitur loco spectanda sunt *subjecta*, ad quæ dicta nostra diri-  
guntur. In dicto *Johanneo subiectum* constituant *Iudei*, qui ex-  
presse nominantur in antecedentibus v. 1. 10, 15, 16, 18, atque sic in  
nostro verſu, ubi orationem suam adhortatoriam ad eos dirigit Chri-  
ſtus, verbo *egnante* includuntur. Quare, ut eò melius adhortatio-  
nis Christi necessitas pateat, hoc pertinentia aliquantum latius deduc-  
ere juvabit.

§. II. Peculiari illo privilegio gaudebant *Israelitæ*, ut Chri-  
ſtus illis Evangelium in propria persona annunciat, sicut testari  
possunt *Marth. IV, 21. seq. cap. IX, 35*, quo sensu ipse Salvator ad mu-  
lierem Cananæam, opem suam implorantem, *so non esse missum*, dice-  
bat, *nisi ad oves perditas domus Israel*, cap. XV, 24, imo & tum tem-  
poris discipulis suis ad prædicandum emissis prohibebat *abire in vias  
gentium*, cap. X, 5. Neque mirum, si consideres nationis *Judaicæ*  
præ reliquis privilegia, descripta *Rom. IX, 5*, cuius historiam libris  
*V. Tti Canonis* insérere DEO placuit. Antiquitatem ejus veramque  
originem demonstrandam pariter ac defendendam sibi sumit *Historio-*  
*graphus domesticus famigeratissimus Josephus*, libris 2. contra *Apionem*  
*Grammaticum*, in quibus probations ex Scriptoribus *Phenicum*,  
*Chaldaorum*, *Egyptiorum*, *quin & Graecorum* desumit, ac calumnia-  
tores *Judaorum*, *Manethonem*, *Cheremonem*, *Lisymachum* & *Apionem*  
refutat, adjunctis rebus gestis *Judaorum* ab initio mundi ad sua usque  
tempora, *libr. XX. Antiq. & libr. VII. de Bello Judaico*.

§. III. Verum quanto major fuit DEI atque *Messia* erga genus  
*Judaorum* benignitas, tanto major quoque illius apparuit malitia,  
ad eo ut *Messiam*, ad semet tantquam peculium *venientem*, nolet exci-  
pere,

pere, Job. 1, 12. Pauci admodum reperiabantur, qui cum Simeone ac Hanna veram expectarent redemtionem Luc. 2, 38, oblatamque sibi applicarent; cum maxima pars cor suum ita induraret, ut una cum Chorazin Bethsaida atque Capernaum reprehensionem Messiae gravissimam Matth. XI, 21, 22. incurreret, & cum Jerusalem sub alas Christi congregari recusaret, cap. XXIII, 37, quæ perversitas ex nostro Johannis loco, & magis ex integri capitisi contextu fatis appareret. Sed quomodo ab iis debitum verbi Divini veraque religionis affirmatum expectari poterat, qui falsis undique Sectis distracti, legis Divinea pvera interpretatione, traditionumque futilem pariter ac impiorum dogmatum observatione veritatem corruerant?

§. IV. Haud abs re erit duram Judæorum cervicem, quomodo seilicet ab antiquis temporibus veritatem religionis, sacris literis traditam, relinquere adeo conserverint, ut Stephanus Act. VII, 51, iis, quos Spiritui S. obniti dixerat, acclamaret: *Quales fuerunt Patres vestri, tales & vos estis*, paulo attentius considerare. Nimirum postquam Deus Abrahamum ex domo idololatria evocaverat, Jos. XXIV, 2, 3, posterique ejus cum Jacobo venerant in Ægyptum, illi DEum iterum relinquere ceperunt, aliusque Diis, non obstante varia, quæ premebantur, persecutione, infervore, Jos. XXIV, 14, Ezech. XXIII, 3, 8. Tum DEI mortales istos, nam Mosis ex Ægypto, variis adjunctis miraculis, eductos in vera religione informari curabat; Sed festinanter obliti sunt operum ejus, non perdurarunt ad consilium ejus, indicante Davide Psal. CVI, 13, quemadmodum & Stephanus Act. VII, 43, juxta effatum Amosi Cap. V, 26, de Israëlitis in deserto obambulantibus dicit: *Bajulatis tabernaculum Molochi, & si dus DEI vestri Remphanis, quas figuræ fecisis, ut eas adoretis.* Cumque tandem introducti essent hi immorigeri in terram Canaan, Josua modo, qui veritatem strenue promovebat, ac coetaneis morte abruptis, *natio Israëitarum secuta malum fecit in oculis Domini, coluitque Baalim,* Judic. II, v. 10, secutis exinde, DEI permisso, magnis vicinarum gentium insultibus. Licet vero DEUS sapissime ad hostes atrocissimos delendos excitaret vindices, qui cum Republica verum simul DEI cultum restaurabant, ut indicatur eodem cap. v. 16: *tamen negre illos audiabant, sed scortabantur (spiritualiter) sequentes Deos alienos,* juxta

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO SECT. I.

17

juxta vers. 17 , indeqve speciatim tempore Gideonis Israëlite omnes idololatrice scortati esse dicuntur occasione amiculi à Gideone in urbe Ophra positi cap. VIII, 27; qvin & *Judicum* libro conclusionis loco miserum hoc epiphonema additur: *Temporibus illis -- quisque, quod rectum videbatur in oculis suis, faciebat!* Confer, qvæ de misero hoc statu refert *Psalmita Ps. CVI*, 34. seq. Eqvidem a fidissimo DEI Propheta *Samuele*, quem exinde meritò celebrat *Syrach.* cap. *XLVI*, 16. seq., èo res redigebatur, ut *amoverent filii Israëlis Baalim & Aſtharorb* sive idola haecenus culta , & *coletrent Jebovam solum*, juxta claram literam *capitis VII. 1. Sam. v. 3*, qvæ veritatis cœlestis lux sub primis qvoque Regibus perduravit; verum tenebrae, pro dolor! ingentes secuta sunt, cum *Salomon*, ut edocemur, 1. Reg. XI, 1. seq., miserum præbens conjugii cum uxoribus falso religioni additæ exemplum, Diis alienis peregrinarum mulierum gratia, ut his exercitium concederet Religionis suæ, adificaret excelsa, feminis inclinantibus animum ejus post DEOS alienos, si non eos una adorando, ad minimum tamen cultum eorum in terra Israëlitica concedendo; unde sacer textus, v. 6. l. c. ait: *neque plene sequebatur Jebovam* (*Salomo*) *sicut David Pater ejus.* DEus enim omnem cum idololatria in terra promissa familiaritatem populo suo prohibuerat, tum ratione feederum, *Exod. XXXIV*, 12. 15, tum ratione connubiorum v. 16; ac proinde inobedientiam *Salomonis* dilaceratione regni graviter est ultus. Quid itaque aliud sequentibus temporibus expectari poterat à populo ad idololatriam prono, qvam horribilis ad malitiam islam lapsus vereqve religionis contemtus, omnibus merito imperantibus ante oculos systendus, ut, quam fieri potest maxime, falsarum religionum introductionem evitent. Sancè non solum maxima Israëlis pars, X. scil. tribus, qvæ a domo Davidis deficientes Jeroboam Regem constituebant, vitulis aureis à Rege suo positis unà cum ipso sacrificia offerebant, vid. 1. Reg. XII, v. 28. seq., neque unquam à malo semel incepto desistebant; donec sub Rege suo XIX. (\*) Hosea in captitatem à Salmanassare deducerentur, 2. Reg. XVII,

C

6. seq.

(\*) Ita Kromayerus in dispol. mem, alijque numerant; qvia nempē Thibni, quo numeratō XX adiunt Reges Israël, unā cum Omni regnavit, regnōque solus nunquam est potitus.

6. seq.: verum etiam ipse Salomonis filius Roboamus, cùm regnum  
 ejus esset confirmatum, legem DEI unà cum tribu Juda relinquebat,  
 2. Chron. XII, 1, postquam ambulasset in viâ Davidis & Salomonis  
 per tres tantum annos, cap. XI, 17. Exstribebant enim excelsa, &  
 faciebant secundum omnes abominationes Gentium 1. Reg. XIV,  
 23, 24. Et licet per Regem Ægypti ad incitas redacti se converte-  
 rent, 2. Chron. XII, 6; parum tamen constans erat poenitentia, ita  
 ut Abia, Roboami filius & in regno Successor, dicatur ambulasse in o-  
 minibus peccatis Patris sui, 1. Reg. XV, 3. Atque postea talis fuit re-  
 rum in populo hoc Judaico vicissitudo, ut per Reges quidem pios Reli-  
 gionis interdum repararetur, mox vero sub impiis rursus fere in to-  
 tum opprimetur, ac DEUS tandem, gravis idolatria pertulit,  
 2. Reg. XXIII, 26, 27, Nebucadnezarem ad urbem Hierosolymitanam  
 cum templo egregio totaque terra devastandam, regnante Rege  
 XX. Zidekia, mitteret, quemadmodum sub finem libri 2. Regum  
 docetur. Horrendum idolatria excessum graphicè describit Jere-  
 mias pluribus locis, ut cap. II, 9. seq. cap. XI, 12. seq. Duravit de-  
 vastatio illa atque captivitas LXX. annis, quā solutā Hierosolymis  
 verus DEI cultus reparatus fuit, procurantibus Efra, Nehemia,  
 Prophetisq[ue] post-Babylonicis, qvorum scripta inter sacras literas su-  
 perfunt. Sed neque illa felicitas diuturna fuit; cum successu tempo-  
 ris Scriptura Interpretes à veritate recederent, sensim ipsius juxta  
 sua cordis figmenta depravantes, corumque discipuli statuta Magistro-  
 rum tanquam Divina venerarentur, adeo, ut tempore exhibiti Christi,  
 qui ad justum remedium tanto malo præscribendum, in textu no-  
 stro Johanneo Scripturarum scrutinium seriò commendat, dogma  
 S. S. Trinitatis ac Messiae tam veræ Deitatis quam incarnationis,  
 a Seckarum tunc temporis florentium aseclis ignoraretur, prout  
 ostendit disputatio Christi cum Judeis Matth. XXIII, 41. seq. Jo-  
 hannis X, 33. & nostro cap. V, v. 18. Qvam absurdia porro iiftis  
 hominibus visa sit redemptio mundi per passionem Messiae necessariam,  
 colligi potest ex Matth. XVI, 21, 22. Luc. XXIV, 19, 20, 21.  
 1. Cor. I, 23. Qvam perverse legi per operis saltē externi im-  
 plationem satisfieri posse putaverint, sensimque legis torserint, fal-  
 si corruptum glossis, patet ex vindicatione legis à Christo facta Matth.  
 V. 5

V. & VI; unde etiam sibi ex peractis legis operibus summam salutem promittebant, omnia semet necessaria à juventute sua servasse cum juvēne, *Math. XIX, 20*, Christum alloquente, existimantes, Conf. de multiplici ecclesiā iudaicā à veritate defectione Magn. Dn. Præsidem meum in *Dissert. germ. von der Beharrlichkeit der Kirchen/ Historie Colloqvi Emmendingens juncta*, ubi ille falsæ Pontificiorum hac de re opinioni ecclesiā iudaicā exemplum opponit §. 9. p. 158. scq. Traditiones denique, quas habebant, tanti estimabant cum Phariseis plurimi, ut & scripturis s. eas præferrent, unde *Marci VII, 9*, Christus, belle, inquit, aboleris mandatum DEI, ut traditiones vestras servetis. Plura de aestimio traditionum cum neglectu scrutinii scripturarum coniuncto afferam, ubi de actu scrutandi agendum c. 3.

S. IV. Verum sicut in genere de iis, qui falsa docent, recte *Seneca, nunquam*, inquit, *falsis constantia est, variantur & diffident;* ita quoque effati hujus veritatem in iudeis perspicere licet, qui tum respectu aliarum opinionum, tum speciatim memorati traditionum humanarum aestimant in varias scissi sunt sectas, cum Sadducaeis in primis traditiones Pharisaicas odio haberent. *Josephus ante laudatus*, qui primò post Christum natum seculo vixit, trium suo tempore florentium sectarum facit mentionem in tract. de *Vita sua*, qui adjungitur *Libris antiquitatum*, sub initium, addita simul de Eremita cuiusdam instituto relatione. Sed ipsum Josephum audire juvabit. *Cum, inquit, annum 16. attigisse, statueram experimentum sumere de sectis apud nos. Jam tres sunt. Prima Pharisaorum, secunda Sadducaeorum, tertia Essenorum.* Optimam enim me electurum credebam, si omnes callerem. Qvarc magno labore omnes 3. percurri, neque tamen adhuc mihi factum erat satis! Cum enim intelligerem, quendam esse Banum Eremitam, qui nullis, nisi ex arboribus confectis utebatur vestibus, quique nihil nisi sponte naturum comedebat, & casitatis gratia lavabat se sepe diu noctuque frigida; magna Zelo eum imitari conatus sum. His ita propositis recenset, se per 3. annos apud illum Banum mansisse, at post in urbem esse revertsum, ac *Pharisaorum sectam*, quam Stoicis maximè vicinam vocat, secutum. Idem Autor pluribus in locis de sectis illis disserit, instituta.

tuta quoque ipsorum ac dogmata afferens, ut lib. XIII. Antiq. c. 9. ubi circa tempora *Jonathae Maccabæi*, atque sic circiter 143. annos ante Christum natum, ut ait *Sculptetus Exerc. I. 20*, apud Polum ad Matth. III, 7, primam trium illarum sectarum mentionem facit, earumque de actionibus humanis sententias ita differre docet, ut *Pharisei* statuant, quasdam res fato fieri, quasdam autem in hominis libertate esse positas, *Ezra* fato omnia determinari assertant, *Saducei* vero fatum planè rejiciant, omniaque bona atque mala hominum prudentia vel imprudentia adscribant. Deinde ejusdem libri cap. 18, cum *Hyrcani Maccabæi* a *Phariseis* ad *Saducæorum* castra transitum recenseret, mentionem facit *traditionum* avitarum, in lege Mosis non præceptarum, quas *Pharisei* tenerim foverunt, *Saducei* reje-  
runt, *sola* legem scriptam amplectandam esse affirmantes; ubi, ut facile appetat, *lex sola* recipienda statuitur in oppositione ad *tradi-  
tiones*; non reliquos præter Mosen scripturæ sacra libros, ut falso vult *Grotius Comm. ad Matth. c. 22*. Qvod autem verè *Saducei* præter legem etiam *Prophetas & Hagiographa* acceperint, exinde probatur, quia illi ad objecta à Talmudistis loca, ex libris illis divinis deprompta, respondere conati sunt, in *Sanhedrin. cap. II*, neque etiam impietas illius accusati leguntur, vel à *judæis* ipsorum adversarii, vel etiam à Christo & Apostolis in N. T., aut à *Josepho* in locis indubiosis. *Conf. Pfeiff.* in *Theol. Jud. exerc. 4. assert. 4. p. 201*; ubi ad *Hackspanium & Spanbe-  
mum* provocat, & ex confusione *judæorum* cum *Samaritanis* opinionē illam *Saduceis* afflictam esse putat. Qvod ad locum *Josephi* paulo ante citatum spectat, *Grotius* qvidem meliora de *Sadduceis* sperat in *Comm. ad Matth. XXII, 23*, existimans: errare eos, qui ex *Josephi* verbis male intellectis *Sadduceos Epicureis* agitant, quia DEO res humanas curæ esse negaverint, quia in ipsa lege Mosis clari sint loci de premiis & penitentiis, & quæ sunt alia. Existimat igitur, hoc esse, qvod dicit *Josephus*, *Sadduceos* ita in homini potestate statuisse boni malique electionem, ut nullam ea quidem in re censerent intervenire Dei actionem; ferme quomodo -- *Pelagius inter Christianos*. Imo mendum esse in allato *Josephi* loco assertum. Ceterum *Horrigerus*, & cum eo *Pfeifferus* l. e. p. 200, in clara litera *Josephi* manere non dubitant, quan-  
do ille de *Bello iud. cap. VI.* dicit, qvod *Sadducei DEum extra o-  
mnem*

mnem mali -- inspectionem constituunt, quem in finem etiam Abr. Zacut in Juchasin p. 139. & Anton. Giggejus in Thes. Arab. p. 135. à Pfeiffero allegantur. Eodem modo Josephum intelligit B. Calovius Bibl. ill. ad Matth. III, 7, licet ad C. XXII. Grotium absque nota dimittat. Porro Josephus de tribus illis Sectis fatus agit Antiq. lib. XIIIX. cap. 2, referens: Phariseos immortalitatem animarum credere, qvarum qvædam, impiorum scil., æternis carceribus mancipentur, piorum v. in hanc vitam redeant, quem ultimum errorem μετρησούχωσι vocant, hodienum incursum statim (vid. Obs. Hall. Tom. V. obs. 13. §. 39.) à Novatoribus; & ad illum respici videtur Matth. XIV, 2. Cap. XVI, 14. Conf. Pfeiff. ex Hackianio p. 188. Addit Josephus, Phariseos tunc temporis in tanto apud populum fuisse cestimio, ut non solum usitate preces & cultus divinus juxta explicationem opinionemque eorum peracta fuerint, sed & ipsi Sadducei in administrandis, quæ gerebant, officiis sententia Pharisæorum semet conformare necesse haberint, ad retinendam populi gratiam. Conf. de autoritate Pharisæorum Lib. XVI, cap. 3, Lib. XIII, 23, 24, licet illi temporis progressu ludicris, ob manifestatam stultitiam hypocriticam, insigniti sint nominibus, qvorum septem fuisse, ex lib. Sota fol. 22. refert eademque explicat Buxtorf. in Lex Chald. Talmud. sub voce טריאם, & ad Dru- sum lectorum remittit. De Sadduceis autem I. c. L. 18. c. 2. refert. Josephus, qvod statuant, animas una cum corpore interire. Pertinet huic, qvod Matth. XXII, 25. Act. XXIII, 8. recensetur, Sadduceos dicere, non esse resurrectionem, ob negatam animæ permanentiam, licet non statuerint animam esse meram ψρᾶσσω five temperamentum qvoddam humorum, prout existimat Sculpetus apud Polum. ad I. c. Actorum. Conjungitur in loco isto Actorum cum priori ille Sadduceorum error, qvod Angelos, scilicet tanquam substantias spirituales à DEO diversas, & generatis Spiritus, non dari crediderint, unde procul dubio clara Scriptura loca de Angelis agentia perversa explicatione torserunt. Ut a. ad Josephum revertamur, is loco ultimo adducto mentionem quoque facit Sectæ Judæ Galileum secutæ, qva de etiam aliquid scriptum reperimus Act. V, 17, addito tragico rei exitu, & simili de Theuda qvodam historia. Asseclas Jude illius à Phariseis non discrepasse, ait Josephus, nisi qvod nimium libertatis amorem

constantiter tenerint, solum DEum Dominum ac Principem dicendum existimantes, & nullatenus moti fuerint maximis tormentis, quæ animi magnitudo summopere creverit in populo Judaico occasione injuriarum à Floro ipsi illatarum. Denique *Esseos* ibidem, non obstante, quod *Phariseorum* institutum professus fuerit, maximis extollit laudibus, quod mirum videri poterat. Sed mirari definet, qui considerat, quod circa illa tempora *Pharisei* cum ipsis *Saduceis* conuersationem aluerint, cum illis comedenter, sacrificaverint ac in iudiciis afores fuerint; qva de re Josephum & N. T. conferre possumus, vid. *Drusius l. 3. de 3. Sctis. Et ex eo Lund. antiqu. Jud. l. 4. c. 13. p. 794.*, unde etiam cuivis judæo licuit parti, cui vellet, adhaerere. Laudes *Esseorum* magis adhuc auget *Josephus Lib. 2. de Bell. Jud. cap. 12.*, ubi fusissime de illis tractat, de *Phariseis* quoque & *Saduceis* nonnulla exhibens, ad quem locum in citato *Antiquitatum* libro provocat, non veritus dicere: quod optimi inter Judæos existimatisint *Esseis*, utpote qui iustitia quam maximè fuerint dediti. Refert quoque, quod à matrimonio planè abstinerint, exceptis qyibusdam, qui tamen in peculiari castitate vixerint cum uxoribus; quod servorum ministerio non sint usi & servatint inter semet communionem honorum, certis ex Sacerdotum numero electis administratoribus commissorum, Nec numerus *Esseorum* fuerit ultra 4000; item, quo dominia juramenta illicita existimaverint, & animarum immortalitatem, sed absque corporis resurrectione, defenderint; denique, quod multi ex iis dono prophetia fuerint prædicti, conf. exemplum *lib. 15. cap. 13. Antiqu. Esseis* ultimum illud magnificentius jactatum sit quam verius.

*S. VI.* Talia de Sectis *Sapientum vel Philosophorum*, quod nomen *Josephus* illis in memorato *Lib. II. de Bello Jud. c. XII. circa finem tribuit, inter Judæos ex eodem maximè Auctore agnoscere licuit. Caeterum ad dicti præcipue nostri enodationem respiciens, neque omnia de ortu, nominibus, sententiis ac moribus Sectarum jam ad ductarum commemorabo, neque controversias singulas circa *Tribaresum* Judæorum notissimum, *Nicolaum Serarium* inter, qui *Tribaresum* & *Minervale* scriptis, ac *Josephum Scaligerum*, elenchi *Tribaresii* auctorem, cui in refutando *Serario* socias junxit manus *Job. Drusius*, conscripto *Comment. de III. Sctis*, exortas, tentabo excutere.*

Monio

Moneo tantum, qvod longè plura sectarum Judaicarum nomina reperire liceat, cum *Justinus Martyr in Dial. cum Triphone, Eusebius Lib. IV. H. E. c. XXI.* ex Hegesippo ac Epiphanius, singuli septem reseant Sectas, ita tamen, ut nomina adhibita longe diversa sint, qvibus si addantur ea, qvæ *Isidorus affert Lib. IV. Orig.* hæresium illarum, juxta calculum *Jac. Rhenferdii Ling. Or. Prof. Franeck., in Exerc. Philol. de fætis Judeorum hæresibus*, sunt XIV, imò etiam ad XXVIII. numerantur à qvibusdam, notante *B. Millero Judaism. Proleg. p. 64.* & ex eo *B. Pfeiffero Theol. Jud. p. 183.* Et memoratus quidem *Rhenferdii* numerum Sectarum illarum in scripto citato immisnere studet, verum sic, ut modum, quo hoc effectui dare voluit, post tractatum recensitum rejicit *Tenzel. Colloq. Menstr. An. 94. p. 895.* Qva de re tamen, ut jam dictum, multa commemorare opus non erit, qvia h. l. satis est cum ante laudato *B. Pfeiffero de principalioribus quodammodo dixisse.* Noto porrò; dividi *Judeos generatim posse in doctos atque indoctos.* Illi חכמים i. e. sapientes vel **discipuli sapientum**, hi verò contentim **populus terra** à Scriptoribus Judaicis vocantur, prout & ex sacris literis *Job. VII. 48. 49.* prærogativam sapientum pte populo perspicere licet, quando ibi querunt summi Sacerdotes ac Pharisei: *An ulli Gubernatorum aut Pharisaeorum in eum (Jesum) credunt, sed populus hic, qui legem nescit, execrabilis est.* Exempla divisionis illius aliquot ex Judæis affert *Ligibz. in Harm. 4. Evangelistarum ad Lucam p. 517,* qvorum modo ultimum adducam, qvod ex Maimonide *Talm. Tora Perek III.* est petitum seq. verbis: *שׁורין, si sis discipulus sapientum, pluris sit, quam summus populi (i. e. styllo Talm. indoctus) Sacerdos,* qvorum etiam directe facit illa ex *Schabb. fol. 152. à Buxst. in Lex. Chald. p. 751.* citata sententia: **חכמים כל עיר שהן עלי הארץ כל עיר שהן** מזקונים חכמה נחותה בהן **עוקנין טפשות נחותה בהן** Sapientes quo magis senescunt, eo magis eorum sapientie angetur, Populi terra, quo magis senescunt, tanto magis stultitia angetur in illis.

*S. VII.* Ex Sectis Judaicis in *N. T.* nunquam expresse occurserunt *Esai*, non, qvod Christiani fuerint, qvam assertionem in *Epiphani. & Euseb.* rejicit *Pfeiff. Theol. Jud. pag. 205;* sed qvia à consortio

fortio hominum aliorum abstinuerunt, neque sic Christo & Apostolis  
valde molesti fuerunt. Conf Lundius l. 4. c. 15. p. 809, & ab eo citati.  
Sæpe autem nominantur Sadducae atque Pharisei, licet hi longe fre-  
quentius. *Utriusque partis à veritate secessum graviter indicat.*  
Christus, Matth. XVI. 6, cavere jubens suos δοῦλοις ζόψις s. a. fer-  
mento Phariseorum & Sadduceorum. Intellexerunt enim discipuli,  
locutum esse Christum his verbis δοῦλοις διδαχῆς s. doctrina ipsorum.  
Deinde præter Judam Galileum & Theudam, qui nominati sunt §.  
antec. 2, occasione insidiarum Christo factarum adducuntur Herodiani  
Matth. XXII. 16. Marc. XII. 13, per quos aliqui divinant parum  
probabiliter nescio quam Sectam, Herodem M. sectantem, dicente  
Flacio Comment. in h. l.; alii melius ministros vel fautores Herodis  
intelligunt, quorundam tendit versio B. Lutheri. Varias sententias ex  
Polo cognoscere libet ad h. l. Sæpiissime autem Historia Evangelica  
cum Pharisæis conjungit γραμματεῖς Sribas, (\*) ut Marc. XXIII.  
per totum, quâ ratione legis interpretes publicos vox illa denotare vi-  
detur, quos ex Phariseorum genere constitutos fuisse admodum pro-  
bable existimat Historia Eccl. Gothana L. 2. c. I. §. 35, quamvis etiam  
prout addit, ex aliis Sectis esse potuerint, ut adeo Phariseorum nomen  
Secte sit, Sribarum officii. Neque satis clarum est, quod differant  
ab invicem hoc modo sumta vox γραμματεὺς l. c. Matth., & νομικὸς  
Luc. XI. 45, sicut in Harmon. B. Chemin. ad h. l. p. 110. legitur, quo-  
niam non solum ille, qui ex Christo querit, quodnam sit maximum  
præceptum, ἐάν των γραμματέων vocatur Marc. XII. 28, & νομικὸς  
Matth. XXII. 35: sed etiam Luc. XI. 45, τις τῶν νομικῶν Christo idèo  
respondet, quia in præcedentibus verbis νομικοὶ, ut ait, contumelia  
affecti erant, cum Christus non nisi Pharisæos & γραμματεῖς nomi-  
nasset;

(\*) Scribe in s. literis non quivisi Amanuensi dicitur, ut latini ista vox sa-  
nat, sed peritus s. literarum, & earum interpres aut Doctor, ferme sicut  
nunc dicimus Theologum. Vocant igitur hoc nomine Hebrei legis inter-  
pretes doctorem à verbo διδάσκων sive διδάσκειν, quod narrare etiam & expondere si-  
gnificat. Apparet autem & Gracis si dicto, quod, sicut scribe publicarum  
tabularium custodes erant, sic penes ipsos tanquam sequestris, libri legis  
essent velut depositi, cuius scilicet interpretatio ipsi erat commissa.  
Verba sunt Flacii in Clavi sub voce scribo.

nasset; unde ad oculum patet, duo hæc vocabula in citato Textu esse Synonyma. Neque juvat exceptio Lundii in *Jüdischen Heilighthümern Lib. IV. c. 17*, qvod dubitaturus non fuisse *vōnikōs* ille, an à Christo tangeretur, si ad *χαρματεῖς* pertinueret. Nam non existimo, verba ejus esse dubitandi, sed defendendi animo prolatæ; & quando Christus dicit: *καὶ ὑμῖν νομικοῖς γάρ*, optime reddi potest: *utique vobis Scribis etiam*. Conciliatio sane Lundii non procedit, qvod *vōnikōs* fuerint privati Doctores tempore Christi, *χαρματεῖς* autem publici, qvia ipso fatente is, qui Matth. XXII. 35, *vōnikos* dicitur, Marc. XII, 28, *χαρματεὺς* vocatur. Appellantur *Scribe* illi quoque *vōnikidæ*-*σπαλοὶ legis Doctores*, *Luc. V. 17*, ubi cum Pharisæis concioni Christi auscultasse dicuntur, ad officium ipsorum clare describendum, conf. Chemnit. l. c. Alias non negandum, qvod vox *Scribæ* ita sumatur in Sacris, ut & qvi sacrum s. *Ecclesiasticum*, & qvi *Politicum* munus administrant, per illam intelligi possint. Ut enim ad Vetus Testamentum, ubi vox *רְפָאֵל* tanquam Synonymum occurrit, non prediari, Att. XIX, 3, ille vocatur *χαρματεὺς*, qui populum, instinctu Demetrii aurifabri tumultuantem, sedavit, qvem B. Lutherus den. Cantzler / Junius & Tremellius etymologicè scribam, cum vox *χαρματεὺς* scribere denotet, vocant, qvocunqve ille speciatim officio Politico, qvippe in quo ipsi assignando non consentiunt Autores, functus sit. Matth. XIII. 52, verò genuinus Ecclesiæ Doctor nomine illo designatur, qvando Christus ait: *quod τῶς χαρματεὺς, εδόθης in regno colorum, similis sit Patrifamilias, qui profert ex Theſſauro suo nova & vetera*, ut indicet, Ecclesiæ Doctorem tam ex iis, qvæ DEus olim Patriarchis, & postea Moysi ac Prophetis tradidit, qvam qvæ à Christo & Apostolis annunciatæ ac gestæ sunt, Ecclesiæ commodum promovere. Cœterum sicut communissime vox *χαρματεὺς* in N. T. de Judæis adhibetur, qvod IV. modis fieri docet Lighth. in Harm. p. 519, ut indicentur vel I. *Synedrii Praes* & *Vice-praes*, II. totum *Synedrium*, III. *virii Synedrii* aliisque, qui *Scholas Theologicas* habuerunt, IV. *legum interpretes*, ut publici in Synagogis *Concionatores*: ita prima & secunda acceptio sic implicant officium judiciarium, ut non excludatur statim officium legem expouendi, ter-

*tia vero & quarta* officium docendi exprimunt; qui est communis-  
fimus vocis usus.

§. VIII. Qvod ad dictum nostrum Johanneum spectat, non  
possunt ibi alii intelligi, sicut jam §. I. dictum, quam *Judei*, qvia il-  
lorum Festum dicitur celebratum v. 1. Deinde *Judei* cum homine  
sanato expositulasse leguntur v. 10, qui illis indicat, Jesum sanem-  
sanasse v. 15. *Judei* denique Christum querunt occidere v. 16. 18,  
defendente se erga eos Jesu v. 17. 19, quos & in sequentibus continuo  
alloquitur. Cum itaque nihil obstat, quo minus generalitatem,  
quam vox *Judei* involvit, & indoctos s. totum *populum*, & doctos,  
speciatim *Phariseos & Scribas*, acerrimos hostes Christi, denotans, re-  
tinere queamus; illud utique facere necesse habemus, quo maximè  
naturalem verborum *Johannis* sensum, docente ipsa ratione, sequam-  
mur. Nam nihil est in antecedentibus & consequentibus, qvod non  
populo quoque tribui possit, et si non toti, quemadmodum contrarie  
inter doctos qvidam erant, qui in Christum credebat. Et qvod ad  
nostrum v. 39. spectat, non solum licebat omnibus Judæis legere scri-  
pturam s., verum etiam lectio illius maxime à DEO præcepta erat.  
Sic DEus ore Evangelistæ Vet. Test., *Jesaiæ*, Cap. VIII. 20. eos, quos in  
rebus dubiis impii ad *Pythones ablegare* conserverant, remittit *ad le-  
gem & testimonium*, i. e. Scripta Mosaica aliaque in quibus DEUS  
consuli poterat. Pariter quoque Ps. I. 1. 2, prædicantur *רָאשֵׁי*  
*s. beatitudines viri illius*, qui in lege DEI meditatur die ac nocte, &  
infantes inter Judæos *לְפָנָיו* cognoscebant, 2. Tim. III. 15.  
Qyinimò DEUS Regi illi, quem populo suo erat concessurus, studi-  
um legis seq. verbis inculcavit Deut. XVI, 19. 20: *Lex erit penes eum,*  
*& leget in eo omnibus diebus vita sua*; addita utilitate lectionis ma-  
xima: *ut diseat timere Iehovam DEum suum*. Et testibus Judæis  
quotannis sub initium Festi tabernaculorum publica in conventu po-  
puli Judaici lectio ab ipso Rege peracta est, cuius rei solennitatem  
qvodammodo exponit Editor *Annot. B. Seb. Schmidii in Libros Regum*  
*in Annot. illorum dedicatione*. Neque in eo adhuc hodiè accusati  
possunt Judæi, qvod sibi commendatam non habeant legis lectionem.  
Abunde constat mens ipsorum ex R. *Maimonidius*  
*תַּלְבָּה לְלֹמֶר חֲדָשָׁה*  
*s. Constitutionibus de studio legis*, quem tractatum idem *Ulmannus*  
latinitate

latinitate donavit, ubi inter alia sequentia leguntur verba §. 8: *Qui-  
libet Israëlitarum tenetur ad studium legis, siue sit pauper siue sit dives,  
siue integer corpore suo siue defectum habens, siue juvenis siue senex  
valde.* Et in relicta genti sua à victoribus ipsius lege, solatium qua-  
erit Autor libri חורחה כהנין, quem allegat R. Bechai fol. 151. Comm.  
in Pentat., & ex hoc B. Frieschmuth. Dissert. de Angelo Füderis Pref.,  
seq. inter alia verbis: *לול ההורחה שנשתיירחה להם לא הנחורה*  
*להם אמותם כל-*, *санè si absque lege esset (Israël) quæ re-  
mansit, nibil omnino gentes reliquissent.* Alia adhuc monenda re-  
fero ad quæstiones, id tantum addens, qvod, licet vox ἐρευνᾶτε  
expressis etiam verbis dirigeretur ad Phariseos & Scribas, tamen non  
statim excluderetur populus, quia nemo negat, ipsis Doctoribus pri-  
mario commandandum esse Scriptura S. scrutinium, utpote qui de-  
bent ἐρευνᾶτε τοι λόγου ἀληθείας, 2. Tim. II, 15, et si alias in genere  
Patribus, juvenibus & infantibus scriptæ sint S. literæ, Joh. II, 5. 6.

§. IX. Subjectum ad qvod Jēsaias in loco nostro respicit, non minus ac in Johanne, verbo, nempe רְשֵׁן, includitur. Pater autem illud ex v. I, ubi Propheta nominat גַּוֹיִם gentes וּלְאַמִּים populos, eosque alloquitur, ut audiant, sicut omnibus in præsenti v. 16, acclamat: *qwærite ex libro Jehova.* Qvod si hac de re רְשֵׁן sive R. David Kimchi audire placet, ille in Comment. ad Locum nostrum, quem in Bibliis suis una cum Raschi Comm. exhibet Buxtorff., ad vocem רְשֵׁן sequentia commentatur: אָמַר בֶּגֶד מֵשִׁידָאָה דָּרְשָׁו, qvæ ita verto: *Sermonem dirigit (Propheta) ad eum...  
qui visurus est (ea, qvæ in præsenti capite prædicta sunt;) qwærite ex libro Domini.* Neque obstante potest, qvod non omnes gentes lin-  
gvam Hebraicam, qva consignatus existebat Liber Domini, intelli-  
gerent; quia sic culpa neglectæ lectionis ad ipsos redundat homines,  
& sufficit, qvod acquisita lingvæ notitia qwæriter ex libro Domini po-  
tuerint. Seqvatur nunc.

### Quæstio I.

An solis Phariseis & Scribis vel etiam Synedrio Judeorum, non  
vero generatim Judæis acclametur à Christo: ἐρευνᾶτε! R. I. Coesterus  
in Enchir. controv. cap. I. p. 58, item Gretserus in def. Bell. p. 891,  
D 2 contendunt,

contendunt, solis *Phariseis & Scribis* mandatum esse, ut scrutentur Scripturas. Ultimus rationem addit: quia pleraque pars vulgi libenter audiverit Christum, ut *Job. VII.* Verum sicut falsitas explicationis illorum, ex generalitate verborum in textu occurrentium facile patet; cum Scriptura S. h. l. non solorum *Phariseorum atque Scribarum*, ut solet multis in locis, mentionem faciat, sed generatim *Judaorum*: ita quoque *Gretseri* ratio semetipsum destruit, quando non omnem populum, sed pleramque tantum partem, Christum libenter audivisse concedit, ut adeò Christus hic omnes non - credentes, sive docti illi fuerint, sive indocti, alloquatur; ne dicam, quam inaniter *Gretserus* ab eo, quod dicitur *Joh. VII.*, ad id, quod *Joh. V.* refertur, argumentetur; quia inter illa ultra anni spatium interfuit. Conf. B. *Priukner. in Vindic. Bibl. ad b. l. p. 602*, qui *Costerum*, & B. *Schmidius in Colleg. Bibl. post. loco I. §. 28. p. 12*, qui *Gretserum* refutat. II. *Lighthfoot. in Harm. p. 527*, per *Judeos* intelligi dicit *Synedrium & Rectores*. *Hos enim, inquit, Evangelista, & hic (Johannes) praesertim hac voce intelligunt*, ut cap. I, 19. *VII*, 1. *IX*, 22. *XVIII*, 12, 14. Quare, pergit, *Christus hic coram Synedrio citatur*, licet totidem id veribus *Evangelista* non dicat, cogiturque *capitis periculo respondere*. At non licet ex ejusdem vocabuli adessentia eundem statim sensum colligere, imprimis si inducōio locorum non sit universalis. Jam verò posito, quod in omnibus locis citatis per vocem *Judei* intelligendum sit *Synedrium*, quod tamen non poterit præfracte neganti probari; non tamen sequitur, quod in nostro versu idem sensus obtineat: quia nulla urgens ratio ab universalitate vocis *Judei* recedere postulat, & opinio *Lighthooi*, quod *Christus haec coram Synedrio citatus responderit*, eadem facilitate, quā affertur, etiam rejicitur. Præterea in ipso Johanne loca alia satis clara adsunt, in quibus vox *Judei* non potest de solo *Synedrio* accipi, e. g. cap. IV, 9, non utuntur *Judei Samaritanis*, cap. XI, 31, 36, 39, ubi legimus, quod *Judei* consolati sint *Mariam Lazari* sororem, & cum eā fleverint, nec non de Christo dixerint: *Ecce quomodo amabat eum (Lazarum)* Conf. Matth. XXIX, 15. Quare nostram sententiam, ut tutissimam & litera Textus stricte inhaerentem, retinere necesse erit.

*Questio*

## Quæstio II.

*An sub iis, quos Christus alloquitur, comprehendendi etiam possint Sadducei?* R. Dixi, quod Christus in genere alloquitur Iudeos, inter quos Sadduceos tum temporis fuisse, pariter indicavi; quare etiam facile contingere potuit, ut nonnulli ex iis una cum aliis concionem Christi audiverint. Interim pro decisione questionis negativa Grotius, qui Christo non cum Sadduceis, sed Phariseis rem esse, ait, urget in *Comm. ad b.l.*, quod statim post prolatâ verba adhortatoria ἐρευνᾶται, &c. ratio addatur quia vos videmini ὑβις in ipsis vitam æternam habere; cum tamen Sadducei vitam æternam s. immortalitatem animæ & resurrectionem negarint, juxta supra monita. Verum hoc non obstante adhortatio illa ἐρευνᾶται generalis manet, & ad Sadduceos pariter ac alios directa est. Nam (1.) *Duae rationes adiunguntur adhortationi illi*, quarum altera est, quam modo audivimus, altera sequentibus verbis continetur: *Ille (Scripturæ) sunt, quæ testantur de me.* Itaque, et si prior ratio ad Sadduceos non pertineret, h. m. intelligenda: quia vos, ô Judæi, quoad maximam partem vestram, vitam æternam s. perpetuam per scripturam obtinere speratis: posterior tamen eosdem stringeret. (2.) Ipsam tamen priorem rationem ad Sadduceos quoque referre licet, quia illi phrasî hacuti potuerunt: quod in Scripturis *vita æterna*, (utpote quod nomen reperitur *Dan. XII, 21.*) habeatur, intelligendo per eam vitam voluntati DEI conformem virtuosam atque felicissimam, quando scilicet, homines absque expectatione remunerationis aut vitae perpetuae DEO Creatori servirent. Talem enim cultum à summo Numinе requiri, ex *Antigoni Sochœi* doctrina male intellecta *Sadocus* discipulis suis persuasit. Ipsa verba *Antigoni* aliaque eo facientia videre poteris apud *Pfeiff. Theol. Jud. Exerc. 4. Aff. 3.* & alios ibi citatos.

## Quæstio III.

*An verba Christi adhortatoria tantum per modum venie & indulgentiae sint intelligenda?* R. Hoc effugio ad desperata luctu causæ patrocinium utitur *Stapletonus in Relef. Princip. fid. contr. 5. quæst. 3. art. 4.*, quod tamen non nisi in illius confusionem cedit; cum non fecus ac *Coferus* dicat: locutum esse Christum ad *Sacerdotes & Phariseos*

ris eos, quorum tamen utique officium fuit Scripturas pervestigare, Malach. II, 7. Verum, ut etiam κατ' ἀληθειαν respondeam; recte obseruat B. Prücknerus Vind. Bibl. ad h. l. p. 602, non posse de *venia* & *indulgentia* aliquid explicari, nisi prius ostendatur, *prohibitionem praecessisse*. Jam vero, prohibitam unquam à DEO fuisse Scripturæ S. lectionem, adeo non potest probari, ut potius ex clarissimis locis jam ante citatis constet, eam à DEO fuisse populo Iraelis commendatam.

## CAP. II.

## De objecto seu re scrutanda.

## S. I.

**O**biectum sive rem scrutandam auditoribus suis insinuat Jesus, quando scrutari jubet τος χραφας. Est sane haec norma controversiarum, de qvibus in praesenti cum Judæis qvæstio erat, appellatio ita clara, ut omnis elabendi rima adversariis obstruitur. Adstruit in hoc versu Salvator Scripturæ S., tanquam verbi Divini indubitati, tam genuinam puritatem integratemque, (\*) dum nihil circa haec puncta monet, quam autoritatem normativam & claritatem, dum concedit, quod vita eterna per illam habeatur, & quod de semet testetur, asserit. De debita ista Scripturæ Sacrae perfectione testatur etiam Pater Abramam Luc. XVI, 29. seq., quando Epulonis fratres, ut in tormentorum locum non venirent, sive quod idem

(\*) Qvæ ibi moveri possunt, vid. apud Pfeiff. thes. Herm, pag. 106, usqve p. 124. Tanta autem est Scripturæ Sacrae dignitas, ut tribuoatur aliquando aliquid sacru literis aut scriptura, quod proprio Deo convenit Rom. 9. Dicit enim scriptura Pharaoni: All hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te potentiam meam; id est, recitat, Deum dixisse illi. Sic Galat. 3, prævidens autem scriptura, quod ex fide justificet Deus gentes, prævaricatio zavis Abrahæ: quod benedicerentur in te omnes gentes; id est, Deus ei hoc indicavit, antequam hoc in scriptura est relatum. Sic ibidem dicitur: conclusit scriptura omnia sub peccatum; id est, Deus per scripturam; sicut Rom. XI, hoc idem Deo tribuitur. Contrarius ergo tropus latino ac Graco est, quod sicut illi per metonymiam autorem pro libro aut alia re invente ponunt; ita hic contra scripturam pro suo autore ponatur, juxta Flacii clav. sub voce; scribo. Ratio nempe rei illius est, quia Deus verbo suo, seu medio, uititur, & per illud operatur, Conf. Heb. IV. 12, 13.

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO SECT. II.

3

idem est, vitam æternam obtinerent, (quod sane absque verâ DEI ac Messiae notitia fieri nequivit, Joh. XVII. 3.) ad nihil aliud ablegare vult, quam ad Mosen & Prophetas, qui tempore Christi in scriptis suis vivebant; quin etiam, instantे epulone, ut aliquis ex mortuis ad obstitutos illos mortales mittatur, tantam scriptis θεοτεύσοις efficaciam adscribit, ut clare pronunciet: si Mosen & Prophetas non audiunt, nec siquidem quipiam ex mortuis resurgat, persuadebuntur. Præter hæc loca agitur de scripto DEI verbo, tanquam informante ad vitam æternam, Job. XX. 31. Rom. XV. 4. 2. Tim. III. 15. 16. 17. Phil. III. 2. 2. Thess. II. 15. 1. Joh. I. 4; tanquam norma controversiarum religionis, Joh. V. 46. 47. Act. XVII. II, XIIIX. 28. Matth. XIX, 4. XXII. 29. 31; tanquam adducente ad pietatem Deut. XVII. 19.

§. II. Summa, ut modo dixi, claritatis ergo, Salvatoris  
cum **גְּפָנֵי** h. l. adhibet. Appellatur alias scriptura S. Rom. III. 1.  
**λόγια τῆς Θεοῦ**, Eloquia DEI, vel frequentissime **ἐγγὺα & λόγοι**,  
e. g. Eph. VI. 17. 1. Pet. I. 23. 25, quod convenit cum hebraico  
ut Ps. CXIX. 9. Appellat quoque Christus Scripturam S. **νόμον**, Joh.  
X. 34. Cap. XV, 25. In utroque enim loco illud dicitur contineri in  
**νόμῳ**, quod scriptum est in *Psalmorum* libro. Nec minus vox  
in *Psalmo I.* 2. XIX. 8. & CXIX., aliquoties generatim sumitur pro-  
tota Scriptura S., qvemadmodum & Rabbini vocem istam **sepissime u-**  
**surpant pro lectione** -- *verbi divini*, dicente Buxtorffio in *Lex. Chaldaea*.  
*Talm. p. 982*, ubi varia exempla videri queunt. Verum ambiguitas  
quædam adesse poterat his vocibus auditis. Nam traditionum **asti-**  
**matores**, quos adhuc hodie imitantur Pontifici, (\*) **duplicem facie-**  
**bant legem vel verbum**, **תורה שבעל פה** *legem scriptam* sacris  
literis comprehensam, & **תורה שבעל פה** *sive legem oralem*,  
qvæ per os tradita esset, h. e. *traditiones*, qvas ab ipso DEO in mon-  
te Sinai *Mosi* oretenus propositas esse ad legis scripta expositionem,  
fingebant, & per Mosen iterum in successores derivatas, hoc ordine:  
ut Moses eas **מסרף ליהושע ויהושע לזקניהם וקניהם** *לנכאים וכנים מסורף لأنשי נסיך הגולן*  
*tradiderit*

(\*) Eodem modo Pontifices ac Judaeos traditiones suas defendere conari, ostendit Hetsinger, thes. philol. p. 554.

tradiderit Iosue, Iosua autem Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetæ viris Synagoge magne, quemadmodum ex lib. Berachot & Pirke Avoth tradit Petrus Galatinus de Arcanis Catholicae veritatis lib. i. cap. 1. Eundem locum latine citat Lightfoot in Erubbin. Conf. idem in Harm. Evang. ad Luc. V, 17. p. 517. seq., ubi multa Judæorum ad contemptum Scripturæ & commendationem traditionum facientia effata profert, & ex Avoth Pereck i. cap. 1. eos, quibus post Esram traditæ esse singantur traditiones, usque ad Rabban Jochanan filium Zaccai nominat, addens, quod Judæi crediderint, *magnus*. Synedrium Hierosolymitanum fuisse legis non scriptæ fundamentum, ita ut explicatio ab Illo petenda fuerit, juxta Maimon, ibid. citatum. Rationem autem, cuius sub specioso umbone tot proponebantur traditiones, fuisse, ut fieret *סֵדֶר הַרְוָאָה* sepes legis, cuius rei exempla apud eundem Lightfootum videri possunt l. c., & longe plura in Diff. B. Frischmuthi de septimonia legis. De distinctione legis in scriptam & non scriptam etiam potest Buxtorff. in Lexic. p. 982, ubi notat, legem, ut vocata fuit, oralem primo scripto comprehensam fuisse A. C. 230 Hierosolymis, ac dici Talmud Hierosolymitanum, deinde plenus in Babylonio A. C. 500, ac vocari Talmud Babylonicum. Qui scriptores de Talmude scire desiderat, audeat B. Pfeifferum Crit. S. p. 367. Traditiones itaque illas, verbi divini nomine plane indignas, vid. Matth. XV. 2. seq., basitoribus suis relinquent Salvator, in nostro textu vocem usurpat: τὰς γεαφᾶς, quæ verbum DEI verum ab ipso scribendi actu denominat, ac multis in locis N. Tti occurrit, ex quibus quosdam nominavimus s. antec. Ipsum autem nomen Scripturæ S. in plurali coniunctim occurrit Rom. I, 2, ubi dicitur: quod Evangelium DEI promissum sit ἐν γεαφᾶς ἀγίαις. Initium scriptoris, (\*) cum mundus absque scripto verbo DEI fuisse per annos 2450. juxta calculum Calvisi, fecit ipse DEUS ter optimus maximus, legem tabulis lapideis inscribendo Exod. XXXII, 16, ubi adhibetur vox מכרב of Scripturæ. Ad scriptoriam respicit etiam nomen

(\*) Ad minimum, (de quo hoc loco sermo est) ratione Canonis id valet; Nam, quod liber bellorum domini Num. XXI, 15, prius scriptus sit, quam libri Mosis, non negat. B. Pfeiff. in dubiis vex. p. 295. Sunt tamen, qui dubium

תְּהִבָּה  
נַּמְּנָה  
nomen illud Scriptura S. Rabbinicum, quando scil. appellatur  
**שְׁרֵךְ רָבִּי** *Scriptura Sanctitatis*, notante *H. P. Heerwarto in introd. ad lectio[n]em biblicam cap. 1*, ubi sex nomina, Scriptura S. à Rabbiniis tribui solita, recenset. Adjunctus est ille tractatus ejusdem Auctoris *Scrutinio Philologico*, q[uo]d *Glaessi Philologiam in compendium redactam* exhibet.

§. III. Adhibetur autem vox *χειρός* in plurali, ad indicandum, q[uo]d Sanctissimo Numini ad *Patres nostros πατέρων*, i. e. multis partibus & quasi diversis particulis, Heb. I, 1, loqui placuerit, ita ut primò *Mosis* ministerio usus sit in conscribendo Pentateuco, Joh. V, 46, 47; (unde absurdè à *Simone & Clerico*, art. sua critica nimium quantum elatis, idipsum negatur, conf. *Dissert. meam de Sent. in Scripturam. injuriis §. 15 i)* deinde aliorum, qui partim expresse nominantur, partim autem non adducuntur, e. g. scriptor libri *Esther*, *Chronicorum* &c., ut eò firmius pateat, non ad amanuenses respiciendum esse, sed ad verum scripturae autorem, DEum: cum omnes sancti DEI viri scriperint acti à Spiritu S.

§. IV. Non itaque, ut facile patet, ad rationis dictamen, cum de persona ac officio suo quæstio esset, provocabat Christus. Licet enim ἔγειρε τὸν λόγον ἐν ταῖς καρδίαις omnium gentium reperiatur, adeo ut hæc scriptio eos, qui lumen naturæ spreverunt, inexcusabiles reddat, Rom. I, 20; articulus tamen fidei de Christo est ὁ μολογουμένος μέγα μυστήριον, 1. Tim. III, 16, ut non nisi ex Scriptura, quæ ideo consignata est, ut credamus Jesum esse Christum & per fidem vitam habeamus eternam, Joh. XX, 31, constare queat. Non intelliguntur quoque in nostro versu voce *χειρῶν* sacra N. T. *scripta*, quia nullum tale ante mortem Salvatoris nostri consignatum est, q[ui]cqvad etiam de Epistola Christi ad Abgarum nonnulli fingant,

E

cujus

dubium hoc effugient, ad futurum *τύπον* respicendo, nempe: dicitur in libro Bellorum Domini, vid. Gerh. Ekeg. Lote descript. §. 16. Cum vero id multis non placeat, provocari non soleat ad librum haud extantem, dicentibus, asserti etiam posset: librum bellorum Domini, intermedio *Genesio* inter & *Nusiores* tempore à quodam viro pio scriptum esse: seu librum historicum, quem hoc loco a Mose citati non magis obstat, quam, q[uo]d gentiles à Paulo allegentur, vid. Tit. I, 12.

cujs *vobēta* (\*) ut à plurimis aliis, ita eruditissimè ab ante laudato *Itigio in Dissert. de Pseudepigraph. habetur demonstrata; et si nēmō fānæ rationis negare possit, hodie post conscriptum N. Test. Codicem, vi illius à Christo prolati: ēp̄vār̄t̄, etiam hunc scrutandum esse, cum non solum parium & ab uno spiritu profectorum scriptorum eadem sit ratio, sed & N. Ttum. Veteris complementum exhibeat, non minus ac Vetus Novi fundamentum. idqve vel ex solo Pauli effato eleganter patet *Act. XXVI.*, 22, quando se nihil quicquam dicere extra ea, q̄e Prophete & Moses futura prædixerunt, disertè affirmat.*

S. V. Sunt nempe *χαρακτῆρες*, h. l. nulla alia, qvam Veteris Testamenti scripta, non solum *Prophetica*, sicut nonnulli, etiam magni Viri, existimant, dicentes: adesse *synecdochen generis propheticie*, cū scripta Prophetarum καὶ εἰρηνῆ dicantur *Scripturae*, vid. Prückner, in *Vind. Bibl. adh. l.*, sed generatim omnia, *historica prophetica atque dogmatica*; qvia ipse Christus, cum *Luc. XXIV.*, 45. aperiret discipulorum mentem, ut intelligerent τὰς *χαρακτῆρας* (ecce eandem vocem!) dicitur illis proposuisse ea v. 44, qva scripta sunt in lege Mosis, Prophetis & Psalmis. Neqve obstat, qvòd versu 46, post nostrum 39. sequente, Mosis sigillatim mentio fiat, qvia post generale ad speciale qvoddam explice indicandum progredi nihil vetat. Et ut pauca de partibus Scripturarum sacrarum, *Luc. XXIV.* memoratur, tangam, innuit ibi Christus divisionem non reiciendam, modo illa cum hodierna Judæorum divisione non statuarit esse planè eadem, vid. B. Pfeiffer. *Crit. S. cap. 1. quæst. 2. p. 20.* Judæi enim Scripturam S. divisi, tres faciunt librorum classes. Ad primam referunt חֲדָרֶת f. V. libros Mosis, ad secundam בְּנֵבִיא f. VIII. Prophetas, ut vocare consverunt, qvando 1. libros qvoddam *historicos* sub nomine *Prophetarum רַאשִׁינִים* f. priorum recensent, ac reliquos Prophetas f. posteriores vocant, 2. XII. *Prophetas minores* pro uno libro habent, & 3. Danielē ex numero Prophetarum excludunt. Qvorura *primum* qvidem facere licet, cum illi quoque historici libri Spiritu Prophetico consignati sint, 2. Pet. I. v. 19. 20. 21. Eph. II.

(\*) *Cave in script. eccles. Hist. lit. eam Epist. pro genuina venditat, ob autoritatem Eusebii. Sed non sufficere hujus viti relationem, ostendit Itigio l. c.*

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO SECT. II.

35

179

Eph. II, 20, secundum, et si non adeo commodum videatur, cum diversa sint illa XII. scripta, concedi tamen potest, tertium vero plane fieri non debet, cum Danielum minorem esse alii Prophetis falsum sit, & nulla justa separationis ab iis facta rati reddi queat, ut postea uberiorius patebit. Sunt itaque Prophetæ, Juxta Iudaos, Joshua, Judices, Samuel, Reges, Jeremias, (hic enim in Baba Bathra cap. 1, quem locum videre poteris apud Frischmuth, in dissert. de Scriptura divisione cap. 2. §. 1, primo loco ante Jes. ponitur) Jesaias, Ezechiel & Daniel, ~~et prophetae~~. Ad terriam denique classem rejiciunt libros XI, quos חוכמים appellant, nempe Ruth, Psalms, Job. Proverbia, Ecclesiasten, Canticum Cantorum, Threnos, Daniel, Esther, Esdras (ubi includitur Nehemias) Paralipomena. Ita in hac librorum recensione summa imis miscentur. Daniel enim, ut modo indicatum, ad Prophetas posteriores pertinet, sicut & Threnos & Jeremias non sunt divellendi, Libri autem Chronicorum atque Ruth ad Prophetas priores spectant, ut & Esdras atque Esther, Verum juxta divisionem a Christo adhibitam non necesse est. Libros Scripturæ tam absurdæ, ut Judæi fecerunt, ad classes positas reducere; cum potius Libri Prophetici modo indicati in locum debitum reponi queant, Salomonis Scriptis ad Psalms relatis; quemadmodum videmus Josephum Lib. I. contra Ap. non longe ab init. post memorata V. Moysis & XIII. Prophetarum Volumina, IV. quoque libros, Hymnos ad DEUM & admonitiones ad corrigendam ~~litteram~~ continentia, nominare, quem locum citat Eusebius Hist. Eccl. Lib. 3. cap. 10. Et ad hanc classem librum Jobi quoque referre licebit. Neque obstat, quod hoc modo Salvator, si nempe sub nomine Psalmorum non comprehenduntur omnia Iudaorum hagiographæ, locutus sit præter & contravulgarem sententiam & receptionem gentis, ut ait Liget, ad Luc. XXIV. 44; quia h. I. Christus discipulos suos informat, ubi rectissime licet presumere, quod una cum aliis veritatibus justam insinuare voluerit verbi Dei divisionem. Plures librorum Biblicorum divisiones qui videre desiderat, audeat magnum Job. Gerhardum in Exegesi Loco I. cap. 5, quæ addita est illustrissimis ejus Locis, Theol. Systemati inassimabili; juxta eologium prælaudati Dno. Præsidis mei in Dissert. de Studiis Biblici cum Systematico connexione §. 14, quo encomio recte rejicitur absurdum Drejeri de locis Gerhardianis

E 2

judicium,

judicium, quod recenset *Calovius Hist. Syncret.* L. 3. c. 6. §. 1. Id adhuc adeo, quod omnes recensiti V. Test. Libri conjunctim sint XXIV., unde & *Vetus Testamentum* a Judæis vocatur וְשָׁרוֹת וְאַרְבָּעָה: sed nonnulli tamen XXII. tantum Libros numerent, inter quos est *Josephus* paulo ante citatus, idque secundum numerum XXII. literarum Hebraicarum. Sed hi viri *Ruth* cum *Libro Iudicum*, & *Threnos* cum *Jeremias*, vel alios libros, conjungunt. Conf. idem *Gerbardus* l. c. Cap. 6. §. 66, ubi discriben horum Canonicorum Scriptorum ab *Apocryphis* egregie tradit. Qvod autem Judæi hodienum adhuc inter *Hagiographa* veri ordinis non recenseant Libros quosdam *Apocrybos*, clare patet ex *Abarbenele*, qui, cum divisionem S. librorum pro suo placito institueret, non aliorum meminit, quam eorum, qui vere sunt Canonici. Integrum locum una cum versione exhibet *Frischmuth* in *Diss. de Scriptura divisione* §. 29. Itaque Judæi, quando in *Toseph. Bava Kama* fol. 92, id, quod dicebatur reperiri in כְּחֻבִּית, ex *Syracide* afferunt, (sequentibus verbis: בְּסֶפֶר, in libro *Syracide* reperiatur;) non accipiunt vocem *Hagiographi* propriè, pro libro ad divinos pertinente, sed generalius pro libro Ecclesiastico à sapiente viro conscripto. Conf. B. *Pfeiff. Thes. Herm.* cap. 2. qvæst. I. p. 71.

§. VI. In altero dicto nostro objectum scrutandi vocatur סְפִר יְהוָה. Descendit vox illa à radice סְפִר, quæ significat numeravit, vid. 2. *Sam. XXIV.* 2. ubi David numerulum numerasse dicitur; in *Piet* recensuit, narravit, e. g. *Ps. XLIV.* 2, ubi habetur, quod majores narraverint opera DEI. *Lud. de Dieu* in *Ps. XXII.* 18. affirmat, quod in *Piel* nunquam hoc verbum pro numerandi actu sumatur, cum contra significatio illa conjugationi *Kal* conveniat. Interim *Buxtorff in Concordant.* *Hebr. sub hac Radice* locum *Psalm. LVI.* 9, ubi dicitur: נָדֵר סְפִרָה, reddidit, enarrasti. Fatenendum tamen, locum illum optimè redditum esse à *Pagnino*: migrantes meas numerasti. Et hæc quidem numerandi significatio ita comparata est, ut altera ab ea bene deduci queat. Unde non male *Rivetus ad Exod. XXIV.* 3: significat, inquit, (vox hæc) propriè numerare, & quia narrans signifikat omnia resert, ac si unum post aliud numeraret, extenditur ad recitationem rerum auditarum.

Si cor-

Si conferimus Aristotelem, ille libro categ. de quantitate agens, cum ad quantitatorem discretam præter numerum retulisset orationem, quantam esse, inquit, orationem ex hoc perspici potest, quod syllaba brevi longaque ponderatur. Unde à Scharfio in Manuali Logico Lib. i. c. 3. oratio definitur: est quantitas discreta, quatenus significat multitudinem secundum intervalla & mensuras dictiorum. Ipsum nomen **אָרְבָּה** recensionem & enumerationem propriè significat, et si postea accipiatur quoque de libris atque epistolis, quibus mediantibus recensio sit, juxta ejusdem Riveti observationem in Genes. V. Quem in finem M. M. Brixianus in Arca Noe, eleganter, inquit, est enarratio, quasi alias alicuius rei enumeratio. Quia verò presentibus voce fit enarratio, absentibusque scripto, hinc satis ornare & ferre semper librum, literas, epistolamque significat, quasi dices; quibus inest alicuius rei enumeratio vel narratio. Conf. Edv. Leigh. Crit. S. sub hac rad. Ethæ significatio, ut scil. vox **אָרְבָּה** librum denotet, prout hujus est loci, ita satis frequens est in sacris literis, sicut ex inspectione Concordiarum patet, ex quibus tantum citamus monitum Ecclesiastis cap. XII, 14: faciendo libros multos nullus est finis. Intelligent autem per librum Job, (ex quo Prophetæ jubet inquirere & legere, ut obseretur veritas judiciorum Divinorum, quod scil. ne unum quidem desuerit, dicente B. Varenio Comm. ad b. l. p. 481,) nonnulli cum Grotio ipsam Jesiae Prophetiam, sequenti modo: *Ubi tempus illud advenerit, tunc in manus sumite volumen Propheticum, & hoc caput legite.* Pertinet hoc Job. Leusden. in Philologo Hebr. Diff. 9. §. 12, ubi præterea mentionem facit 13. librorum in V. T. nominatorum, quos hodie extare negent Pont., & num. 9. nostrum Jesiae locum citat. Sequuntur illi hoc in passu R. Dav. Kimchium, qui in Comment. ad h. l. ad verba illa: **אָרְבָּה**, tali modo scribitur: *ille autem est liber praesens Jesiae.* Calvinus mavult intelligere Scripta Mosis vel legem DEI, que, ut ait, per excellentiam liber Domini vocatur, ex qua Prophetæ doctrinam suam hauserant. Addit, DEum revocare auditores ad legem, quia ibi saepius asserit, se suis futurum esse auxiliatorem, & impios puniturum, ut Lev. XXVI, 3. seq. Deut. XXIX, 1. seq., quo ipso occurrat incredulitati auditorum, quasi dicat: *nihil adfero nisi, sed tantum, que à Moše*

à Mose dicta sunt, confirmo. Et hanc sententiam, quod lex Mosis in dicto nostro intelligatur, tenuit quoque Kimchii ante adducti pater, teste ipso filio in *Comment. citato*, quando ait: **אָבִי זֶה פָּרֶשׁ** Paren's meus p. m. explicavit **סֵפֶר הַשְׁׁמָנָה וְהַסְּפָר תְּוֹרַת מֹשֶׁה** per librum legis Mosis, respectu habitu ad *Lev. IX.* 1. seq., ubi multa animalia nominantur. Et *Raschi* librum primum Mosis denotari scribit seq. verbis: **קְרָאוּ כְּעָלָיו סֵפֶר בְּרָאשֵׁיכֶם** Legite in libro *Geneseos*, & respicit Rabbi ad historiam diluvii, ubi congregarunt se decreto DEI omnes creature, ut arcam ingredenterur. Verum cum ex aliis quoque libris divinis judiciorum divinorum veritas observari possit, quem in finem h. l. utique provocatio ad librum Domini additur, optime per librum illum tota Scriptura s. tunc extans intelligitur. Placet haec sententia B. *Qwenstedtio Syst.* P. 1. C. IV. qvæst. 20. p. 218, verosimile est, dicenti: *Prophetam non præcise tantum loqui de hoc suo vaticinio, sed & de aliis S. Scripturis antiquioribus.* Pariter *Tirinus* Jesuita in *Comment.* suo, hunc locum in genere de *Scriptura S. exponit.*

### Questio I.

An certus & indubitatus *Jāv ygāphāv* atque librorum Canonorum, jure inseparabilium, extet Catalogus? R. Quantopere astimandus sit sacer Librorum canonicorum, certo suo numero constans, thesaurus, vel exinde satis patet, quod insensim nominis Christiani hostes, *Judaï* atque *Turce*, dum S. Scriptura autoritatem non in totum destruere, divina sic disponente providentia, audent, hoc ipso propriam suam religionem funditus destruant, nugasque suas ac fabulas sponte ita prodant, ut ea non secus ac tenebrae, accidente solis luce, dispellantur. Notum est, *Muhamedanos* non negare divinam V. & N. Testamenti originem, licet ea à Christiansis corruptae singant, qya de re videri potest *Samsonis Reise nach Persien*/ cuius excerpta exhibet *Tenzel Coll. monstr. A. 95. p. 717. seqq.*, inter alia referens, quod *Persæ* quinque libros Mosis, *Psalmos*, *Scripta Prophetarum ac IV. Evangelistas* inter sacros suos libros numerent. Sed hoc ipso asserto *Alcorani* sui falsitatem inscripsi detegunt *Muhamedis* asseclæ. Nam impossibile est, tam enormem, qvalem adstruunt,

struunt, omnium exemplariorum corruptionem factam esse, tam ante Christum, cum ille tantum facinus non retinuisse, quam post Christum, cum exemplaria non solum inter contrarias Iudeorum Sectas, sed Christianos quoque dispersa essent, accedente maximo Iudeorum in conservando Codice S., pro quo & vitam suam amittere parati fuerunt, teste Josepho Lib. i. contra Apionem studio. Itaq; nihil aliud sequi potest, quam relationem Muhammadanorum de corruptione codicis S. falsam esse, atque ipsos Muhammadanos ad effata Scriptura Sacra, quae cum fragmentis Alcorani stare nunquam possunt, sequenda obligari. Deinde Iudeorum quoque iniqvitas per assumptum V. Testamentum facile ostendit potest; quia illi non solum convinci queunt ex Scripturis, quod Jesus sit Christus, Apollinis cuiusdam Scripturæ periti opera, Act. XVIII, 26; verum etiam, quod Traditiones ipsorum Talmudice, quas verbo DEI præponunt, conf. Matth. XV, 3, valere non possint, ob expressam Mosis adhortationem Deut. IV. 2: ne addite ad verbum illud, quod ego præcipio vobis, neque detrahite de eo, ut servetis præcepta Iehovæ DEI vestri, que ego præcipio vobis. Quis igitur non qvamvis lineam, qvid dicam integros tanti thesauri libros, auro cariores haberet? Neque etiam in incerto res de canonis istius pretiosissimi constitutione versatur. Exhibit nobis sacer codex ipsum Librorum Canonicorum Catalogum, haud quidem qvoad numerum numerantem, veruntamen qvoad numerum numeratum; quia divinæ, qvam canonici libri continent, doctrinæ majestas autoritatem illorum canonicam adstruit. Et quantum ad vetus Testamentum spectat, non plures hodie sunt in Canone neque pauciores libri, qvam quos Christus jubet scutari in loco nostro Johanneo, ac Paulus tam 2. Tim. III, 16, Θεοπνεύστης vocat, quam Rom. III, 2, Iudeis concretitos esse affirmat, cuius dicti vi pariter clarum fit (\*) non nisi eos N. T. libros quos vetus Ecclesia, tanquam fida DEI ministra, nobis conservavit incorruptos, ad Canonem pertinere; cum præter hæc Scripta ex Seculo Apostolico nihil ad nos sine suspicione falsitatis aut interpolationis argumentis

(\*) De N. T. dictum Rom. III, v. 2. pariter val. re debet; quia & nunc in N. T. idem Deus est, qui vult βεβαιον̄ nos habere sermonem, II. Pet. 1, 19<sup>o</sup> conf. Carpzovii Diff. Acad. n. 18.

argumentis (vel plane incorruptum) pervenerit, (\*) divina sic disponente procul dubio providentia, ut eō minus confusio qvædam oriri possit, recte observante *Calixto in Appar. Theol.* p. 113. conf. *B. Lutherus in Pref. Tom. I. Witteb. german.* Addam autem majoris evidentiæ ergo testes qvosdam, tam ex parte *Judeorum* quam *Christianorum*. Ex prioribus prodeat *Josephus*, l.c., ubi non solum dicit: nullam dari in Scriptis *Judaorum* sacrī discrepantiam ac falsitatem, neque innumerabiles esse, sed saltem *XXII. libros*, (propter numerum scil. *XXII.* literarum ita constitutos, ut ante diximus) sed etiam addit: post Artaxerxis tempora non reperiri libros qvosdam illis *XXII.* æquiparandos, licet res *Judaorum* gestæ literis confignatae reperiāntur. Ex posterioribus produco *Melitonem*, *Sardianum Sec. II. Episcopum*, qui in *Epistola ad Onesimum*, ab *Eusebio lib. IV. Hist. Eccl. c. 26. edit.* *Vales.* asservata, de semet ita loquitur: *Cum in orientem profectus essem, & ad locum ipsum pervenissim, in quo haec & prædicta & gesta olim fuerunt, Testamenti libros diligenter didic corumque indicem infra subjectum ad te misi.* Recenset his propositis non nisi libros indubitate canonicos, ex quibus tamen loc. cit. hodie tantum *XXI.* reperiuntur, omisso nempe libro *Esther*, quem *Origenes* in Catalogo suo ab *Euseb.* L. 6. c. 15. adducto, ultimo loco nominat. Existimo autem deesse librum *Esther* non ideò, (ut putat *Sixtus Senensis Biblioth. Lib. i. p. 5.* cuius mentem approbat *Cave in Scriptorum Ecclesiasticorum Historia Literaria* p. 32;) quia tunc temporis tanquam indubitate fidei receptus non fuerit, additamentis calci appositis libri reliqui fidei item moventibus: qvandoqvidem non est probabile, *Melitonem*, *Canonem Hebreorum*, telle *Cano. l. 2. c. 10. loc. Comm.* ad *Gerh. exeg. §. 203.* secutum, *Hebreatum* rerum ignarum fuisse quia maxima diligentia adhibita in ipso *Oriente Veteris Testamenti* libros discere gavisus est, & hac ratione per additamenta *libri Esther* (\*\*) in *Hebræo canone*

non

(\*) Evidem *Clementis ad Corinthios* epistolam genuinam esse, post alios defendit *Itigius*. Verum haec ipsa non sine grandilacuna, ut & defectu variarum vocum reperiatur.

(\*\*) Evidem *Bellarum* excipit, probabile esse, quod additamenta illa aliquando hebraicè adserint, citatusque pro se *Josephum*. Sed resp.: Nendum sic evictum est, *Josephum* afferere, quod illa capita ungvam ad canem

beni

non occurrentia, (fatente Bellarmino Lib. II. de V. D. cap. 10.) seduci non potuit, licet eam responsonem de Athanasio, Gregorio Nazianzeno & Leontio, qui librum *Ester* quoque omittunt in Catalogis suis, notante eodem *Cave*, facilius concessurus sim. Arbitror potius, in Eusebiorum incuria librum illum esse omissum, non secus, ac in Origenis jam memorata Catalogo alio in passu contigisse apparet, ubi, licet expresse dictum esset: sunt autem XXII. libri juxta Hebreos hi &c.; XXI, tamen libri tantum nominantur, omisso scilicet libro XII. Prophetarum minorum, quem quod non rejicerit Origenes, patet ex eo, quod Canonem Hebreorum se recensere dicit. Quid in & confectarum ab Orig. Expositionum in XII. Prophetas mentionem facit Eusebius L. VI. c. 36. Facile etiam dici posset: Librum *Ester* sub Libris Chronicorum vel Esra simul comprehendendi; nisi obstat videretur, quod Melito XXII. volumina recensere debeat cum Hebreis, non vero tantum XXI. Sane Athanasius in *Synopsi sua*, cum Librum *Ester* non enumerasset, expresse addit: *Ester ad aliud quoddam Canonicum volumen pertinere, vid. Gerb. in Exeg. L. I. §. 203. Dreier. in controv. cum Pontif. p. 18.* Quod verò liber *Nehemia* sub libro Esra comprehendendatur, dubio caret, cum apud alios Patres, e. g. Origenem l. c. ac Athanasium loc. cit. Esras primus & secundus appareat. Unde non male observat Dreierius l. c. p. 25, Patres hoc in passu, ubi deficiunt, ex ceteris corrigi posse. Fundamentum enim corrigendi præbet res ipsa, *Canon* scilicet *Hebraicus*, apud Judæos pariter ac Christianos & nunc & olim idem. Ex recentioribus Judæis videri potest Abarbnel, §. 6, ante questionem hanc citatus. Quod autem Melito cum aliis Patribus canonem tantum ex *Judeorum sententia* afferat, ut solent objicere Pontificii, falsum est, cum ex ipsius Melitonis verbis constet, eum canonem hunc non recensere modo, sed & approbare; etsi in ordine recensionis magna sit differentia inter ipsos Patres. Vid. H. Vales. *Annot. ad Euf. L. VI, c. 25.* Quod jam ad eos, qui verum *Canonem falsis additionibus augere conati sunt*, Pontificios indigit, spectat, illis non satis fuit hoc modo peccare;

F

quando

nem pertinuerint. Et potius fidendum est Hieronymo, ea in Hebreo haberi, neganti. vid. Gerb. *Exeg. p. 203.* Qvis enim crederet, concessurum fuisse Deum, ut textus originalis interiret?

quando ex ipso, quem pro nobis citavimus, Melitonis Catalogo afferrunt, quod Sapientia Liber inter Canonicos recensatur: sed etiam nonnulli eorum Lutheranos in societatem criminis pertrahere conati sunt. Fratres Walenburgii enim Op. T. I. p. 696. acculare nosmet-  
haud sunt veriti, acsi epistolam Pauli ad Laodicenos, quæ spuria uti-  
que est, inter Canonicos recensuerimus, idque in Edit. Bibliorum  
A. 1529. & 1534. Ait utraque assertio falsitatis facile convinci pot-  
est. Nam quoad primum; Eusebius H. E. Lib. IV. c. 22. refert: quod  
non solum Hegesippus, sed etiam Irenaeus & omnes antiqui, Prover-  
bia Salomonis vocare soleant Sapientiam. Cum itaque Proverbii  
Salomonis à Melitone addatur η σοφία, B. Gerb. in Exeg. §. 213. ait,  
per appositionem has duas voces conjungi, intelligendo ipsa proverbia  
per Sapientiam, ex communi tunc temporis vocis usu. Imo facillo-  
rem adhuc nodum illum solvendi rationem ostendit ex Pontificiis H.  
Vales, in Annot. ad istum Eusebii locum p. 125, ubi ex fide veterum co-  
dicum ita restituit Eusebii textum: Παρεργασιαὶ η καὶ σοφία, quam-  
lettionem confirmari ait à Ruffino, ita recte vertente: Proverbia, quæ  
& sapientia scilicet dici solent. Quoad alterum; Walenburgii adeo  
errarunt, ut Lutheranis adscripserint tales Bibliorum editiones, quæ  
& locis Papisticis impressæ sunt, & versiones continent Papisticas,  
conf. Tenz. colloq. membr. A. 92, p. 664. Interim si hodie viverent  
Walenburgii, DNN. Petersenii & Arnoldi procul dubio consensum  
quoad librum Sapientie allegaturi essent; quorum alterum ex hoc quo-  
que puncto, quod librum memoratum Canonicitæ equivaret, nuperrime  
accusavit Autor der allerunterthândigsten Addresse p. 761, alterum  
eandem ob causam peculiari Diss., cui tit. : quod liber sapientia &  
Ecclesiasticus pro Canonicitis non sint habendi, refutavit summe Rev. Dn.  
D. Wernsdorff. Interim quod genuinis Lutheranis professorum Chilia-  
starum ac Novatorum assertiones objici non possint, facile constat. Sed  
latiorem Lutheranorum defensionem alti, D. J., reservo occasione.

### Questio II.

Ex quanam intentione divisio in legem, Prophetas & Hagi-  
grapha a Judeis adhibetur, & an illa hac ratione approbari que-  
at? Resp. Antiquam illam Doctorum suorum divisionem, quam non  
tantum Lightfootus, ut paulo ante vidimus, ad Christi tempora re-  
fert,

fert, sed Judeorum quoque nonnulli Esrae tribuere haud verentur; tanti estimat cum sociis suis Abarbel, (cui, sicut magnum ingenium, ita & suorum in falsitate confirmationem, merito adscribunt Acta Erud. Lips. in recensione Commentarii illius in Propb. post;) ut divisionem Christianorum, cuius fecerat mentionem, magno supercilio præ illa contemnat. Verba ejus, quæ reperiuntur in Pref. Comm. in Jos., mentemque Judeorum explicant, sunt sequentia;

צְרָקִין רַבְּרִי חֲכָמֵינוּ וְלֹכֶה שְׁהַגְּוִיּוֹן כְּרוּגָתָה הַשְּׁפָעָה אֲשֶׁר  
נְעִשָּׂו סְפִּירִי הַקְּרָדֵשׁ לְשָׁלַשׁ מְרוּgoּתָן וּמְצָרָתָן חַלְקָוּ סְפִּירִי  
הַקְּרָדֵשׁ לְשִׁלְשָׁה תְּלִקְתָּה תּוֹרָה נְכִיאָתָן וּמְחוּכִּים

Melior est Sapientum nostrorum p. m. sententia, quæ tres gradus influentie, quæ libri Sacri sunt prescripti, agnoverunt, & ratione illorum divisorunt Libros sacros in tres partes, Legem, Prophetas & Hagiographa. In illis verbis & divisione continetur; & ratio simul divisionis, digna, quam Judeus non Esra aut Prophetæ, sed suis Sapientibus adscribat. Existimat nempe Rabbi ille, vanâ scientia inflatus, quod Scriptis Mosaicis primus locus sit assignandus ob eminentiorem influxum modum, quem Deus in scriptiōne illorum habuerit, quam librorum prophetorum, sicut & Prophetarum notio præstantiorem involvat influxum, quam Hagiographorum. Audiamus ea de re verba ipsius ante citati Abarbelis. Cum, inquit, Deus locutus est ad eum (Mosen) verba, quæ Moses legi inservere debet, & historiis & preceptis, ut eo ipso modo verba illa scribenda essent, quæ ex ore DEI provenerunt, fieri aliter negabat, quin Moysi voce sensibili revelaret, ut easdem dictiones & verba ipsa lingua, quæ exceptit auribus suis, libro legis inscriberet, perinde ac is, qui ex libro aliquid transfert; quæ verba ex B. Frischmuthi versione recensuimus, qui ipsa Rabbinica simul exhibit in cit. Dissert. de S. Scripturae divisione C. 1. §. 13. Qyomodo autem ob illam verborum omnium Mosi factam dictationem Judæi reliquis Prophetis Mosen præponant, clarum fit ex verbis R. Menasse Ben Israel Problem. 6. de Creatione, ibidem §. 14. citati, quæ ita sonant: Propterea Mosis per omnia tanto dignior præstantiorque fuit ceterorum omnium Prophetarum prophetia, quod his -- tantummodo sensus, sive res prophetia comprehensa, revelabatur: istam autem rem sive

sensum propriis suis verbis populo enarrabant, --- At verò Moysi non tantum res prophetica revelabatur, sed simul etiam propria, quibus efferaenda erat, verba. Imò R. Albo, ibid. §. 28. allegatus, non sine blasphemia dicit, ex verbis DEI Num. XII. 8. seqvi: omnes reliquos Prophetas præter Mosen locutos esse per anigmata obscura & visiones minus veraces. Atque idè, pergit, ita sunt explicandi, ut verbis Mosis consentiant, & subinde Prophetæ minoris verba ita interpretanda sunt, ut consentiant cum verbis majoris Prophetæ. Exempli loco affert dictum Jes. VI. 1, ubi dicitur: Vidi Dominum sedentem, eoque collato cum effato Mosis Exod. XXXIII, 26: non videbit me homo & viveat, post pauca interjecta, postquam, ait, id nos minimè latet, Mosen omnium Prophetarum esse Principem, --- cognoscimus, verba Mosis literaliter haud dubiè esse vera, Esaiæ verò, quia è minor est, minus vera, & quod minor esset, eum dixisse: vidi Dominum. Nempe sibi persuasit, se Dominum videre, quod tamen non ita erat. Tanto cum vilipendio reliquorum Prophetarum Mosen extollunt Judei. Nunc addam verbis quædam Abarbenelis, l. c. C. II. §. 2, exhibita, ex quibus Prophetarum præ Scriptis hagiographiæ præstantiam cognoscere licet. Ita ergo loquitur: eos libros vocant נבניאים ad distinguendum eos ab hagiographiæ, & ad ostendendum, Autores illorum fuissent Prophetas: illi enim, qui hagiographiæ scripserunt, non fuerunt Prophetæ, sed dunt axat per Spiritum S. locuti sunt. Et paulo post pergit: Libros per Spiritum S. loquientium vocarunt כהובם, --- ut gradus illorum significetur, & quoniam influxus sint conscripti, q. d., non illum gradum in eo consistere, ut videant formas propheticas, neg, ut audiant verba Dei vivi, sed, cum sint in illo gradu, qui רוח ה קרא appellatur, & ut Doctor perplexorum loquitur c. 45. part. 2, aliquid divinum est, quod virum comittatur, disponit & excitat, ut loquatur aut scribat hymnos, laudationes, aut verba sapientie, modo admirando. Imo cœcus iste Abarbenel, licet cum Maimoride suo non consentiat in eo, quod Daniel, quem inter hagiographa Judei referunt, impropriè tantum Prophetæ vocari queat, & palpum nobis obtrudere contendat, ac si veteres Hebrewi Danieli dignitatem propheticam non demandant, neque illum contemptus causa eo in loco, ubi reperitur, colloquent (vid. l. c. §. 10. usque

17.) ma-

17.) malitiam tamen suam prodit, dum Danielem statuit inter hagiographa referri secundum modum scriptioris, quoniam Prophetæ DEI mandato & instinctu scriperunt, non autem Daniel. Verba ejus sunt sequentia: *Ecce Daniel se ipsum excitavit, ut scriberet per Spiritum S. -- atque idcirco Liber hic est ex numero Hagiographorum, non Prophetarum, qui scripti sunt & facti mandato DEI secundum Prophetie cognitionem, -- Et Daniel locutus est per Spiritum S. in componendo & scribendo hoc Libro.* Attende vero, quisquis es, qualem comediam, vel si mavis, tragediam circa Danielem conficiant Judæi, ad salvandas præconceptas opiniones suas! *Forsan, inquit ex mente Maimonidis Abarbenel, (vid. l. c. §. 25.) ab initio loquebatur Daniel per Spiritum S. & demum proiecta etate Prophetie particeps, vidit visiones Druinas, postmodum verò ab eo iterum est ablata, & ille, priori gradui relictus, per Spiritum S. est locutus, & per eum librum suum scriptus.*

Atque hæc de *Judaorum* sententia, adductis ipsorum verbis, proferre ad informationem eorum, qui in his rebus minus versati sunt, volui, recordatus, quantum opere olim miratus sim, cum *Judeus* quidam ad objectum pro Deitate Christi adstruenda locum *Psalms. 2. v. 7, seqq.* cœstantibus aliis effugis, reponeret: quod si hæc apud *Mosen* extarent, semet argumentationem magis aestimaturum esse. Putabat nimurum, ejusmodi *Hagiographorum* verbis, quæ non à DEO inspirante profluxissent, semet ad credendum tantum articulum moveri non posse. Huc pertinet, quod tam abjecte de *Psalmorum* libro & *Salomoneis* scriptis sentiat *Moses* ille *Maimon*, cuius à *Mose* Legislatore similem non extitisse tradunt *Judei*, ut prærogativa libri *Psalmorum*, quem *David* composuit, non sit major, quam poëmatæ & orationes elegantes & preces, quas conscripsere *R. Salomo filius Gabrielis*, & *R. Juda Levita*, & *R. Abraham*, & *R. Mose filius Esræ*, item, ut *Salomonis* prærogativa apud ipsum instar *Aristotelis* aliorumque sapientum sit, qui non nisi secundum magis & minus differant, afferente *Abarbenele* apud *Frischm. loc. cit. §. 23.* Deploranda sane hæc est magis, quam refutanda *Judaorum* cœcitas! Non negamus quidem, privilegia quædam *Mosis* dari, ab ipso DEO indicata *Num. XII, 6, 7, 8. seq.* modo: *Si est Propheta ex vobis, per visionem me ipsum Jebovam no-*

tum facio ei, aut per somnium allogvor eum: Non sic servus meus Mo-  
sche; qui est in rota domo mea fidelis. In os allogvor eum, adcū ut  
speciem similitudinemque Iebovæ intueatur, ac non per ænigmata.  
Ex quibus verbis clarissimè eluet, familiaritatem DEI cum Mose  
multò excellentiorem fuisse, quam cum aliis Prophetis, qui in tanto  
merito habetur honore, ut communis nomine appelletur oceanus Pro-  
phetarum. In defectu sanè peccat Johannes Clericus, qui in *Judicis*  
*Theol. Hollandorum super Historia Critica Simonis*, titulum consum-  
mati *Legislatoris Mosis* non adeo convenire, neque eum pro magni  
animi magnaque sapientie viro habendum esse, censem, tortis eò qui-  
busdam S. Scripturæ locis; cuius inconditam opinionem castigatam  
reperimus ab Hermanno Witso *Miscell. Sacr. Lib. 1.C.7. p. 44. seqq.*  
Verum Iudei in privilegiis Mosis commendandis nimis excedunt,  
quando, constitutis tribus Prophetis modis, quos vocant **סְבָרָה**  
**gradus**, seu **סְנִין species**, Prophetie, prout scilicet aliquid percipi-  
tur à Prophetis vel 1. per intellectum, vel 2. per imaginationem, & for-  
masphantas oblatas, vel 3. per vocem auditam; primum modum  
soli Mosis tribuunt, vid. Abarb. in *Dan. p. 18. apud Frischm. l.c. §. 9.*  
Sed non possunt probare Iudei, quod alii quoque Prophetis, e.g. *Da-  
vidi*, qui 2. *Sam. XXIII, 2, 3*, de semet afferit: *Spiritus Iebovæ locu-  
tus est in me* & sermo ejus per linguam meam; dixit Deus Israëlis,  
mibi locuta est rupes Israëlis, intellectualis rerum apprehensio non  
convenerit. Nam in dicto, *Num. XII, 6*, Deus tantum de iis loquitur,  
qui tum temporis Prophetias obtainere poterant. Unde non sequitur,  
omnium posteriorum hominum Prophetias tantum ad *visiones ecsta-  
ticas* atque *somnia* restringendas esse, exclusa ea, quæ per mentis à  
DEO immediate factam illustrationem fit, revelatione. Überiorem  
dicti illius explicationem petere licet ex *Witsio l.c.p. 41. seqq.*, cui ad-  
datur *Frischmuth. l.c. Cap. 1. §. 20, 21. Cap. 2. §. 22.*, qui etiam varia  
Judaïorum de prærogativa Mosis effata afferit cap. 1. §. 6. seqq., ad  
quem lectorem remitto. Unicum tantura addam *Abarbenelis* locum,  
in quo ille, postquam de sapientia Salomonis dixerat: *estimatione*, ait,  
*gradus Prophetie & excellentie ejus non est secundum res istas* (e.g.  
multitudinem reprobationis, prædictionem futurorum, & patratio-  
nem miraculorum, de quibus ante sermo fuerat) *sed secundum inti-  
miorem*

miorem conjunctionem cum DEO, & maius donum spiritus in influxu,  
 Secundum paucitatem intermediorum in influxu inter Deum benedictum & Prophetam. Et quia fuit prophetia Moysi à DEO benedicto  
 absque ullo intermedio, s. spiritus alicujus s. potentie alicujus corporalis, fuit gradus prophetiae ejus major omnibus, prout testatur Scriptura (Deut. XXXIV, 10.) non surrexit Propheta amplius in Israël par Moysi, quem nosset Dominus à facie adfaciem. Et hoc est, quod interpretantur Rabbini pie memorie, quando dicunt: quod vaticinatus sit per speculum lucidum. Verba Rabbinica legi possunt in Comm.  
*Abarb.* ad 1. Reg. c. III. fol. 211. Col. 1. ed. Lipf. Ait quantumcumque fuerint Mosis privilegia, ad ea tamen nullo modo pertinet, quod omnes reliqui Prophetæ per Angelum edocti fuerint, (quandoquidem id probari haud potest) non vero Moses. In primis vero notandum, quod ratione scriptoris nulla unquam Pentateuchi praे reliquis scriptis divinis prærogativa ostendi possit. Quæ enim solida ratio esset, statuendi, quod soli Mosi, non aliis simul scriptoribus sacris, & res & verba sint inspirata. Nam ratio illa, quam ante citatus *Menasse Ben Israel* afferit: quod Moses, revelationes sibi factas narrans, loquatur de semet ut tertia persona, e. g. & dixit Dominus Moysi; cum aliis Prophetæ contra hac loquendi formula utantur: dixit Dominus mihi, nimis frivola est: cum contraria utriusque exempla occurrant, nempe Deut. 2. v. 17. 31. & Jes. VII, 3. Jer. VII, 1. Id interim negare nequeo, maximam fore Pentateuchi praे Prophetis autoritatem, si hi verba, non æque ac Moses, ex immediata inspiratione habuissent, secus ac existimat *Clariss. Frischm.* l. c. c. 1. §. 15.; quia maximum veritati patrocinium accedit ex ipsis verbis res experimentibus, quæ sane à nemine mortalium tam emphatica ac sufficientia exspectari possunt, (etsi verbis humanis nullus inesse error statuatur) quam ab ipso sapientissimo pariter ac omniscio Numine. Conf. verba huc pertinentia magni *Calovii* aliaque in *dissenſu Jen. ab elector. num. X.* Deinde perverissimum est, quod *Judei Hagiographorum* autoritatem tantopere deprimit, minorem iis influxus Divini gradum, quam Prophetis, quos vocant, tribuendo. Sic nulla appareat causa, quare scriptor libri *Judicium* Propheta fuisse statuatur, non autem libri *Chronicorum*. Porro, unde probari potest, quod *Daniel*, qui, ut *Abarbenel* contra

Maimo-

Maimonidem recte probavit, nulli Prophetarum fuit secundus, cui Angelus tanti momenti res annunciat Dan. VIII, 16, cui iussum Divinum factum est: ob signa hunc librum ad tempus determinatum usque, C. XII, 4; non ex divino iussu scriperit, & non eadem prerogativa in scribendo gavisus sit, qva reliqui Prophetæ. Id sane per quam absurdum est, quod Judæi ex propria autoritate inter scripta Prophetica & per Spiritum S. confignata, tantum ratione influxus discrimen constitueri audeant; cum in primis in Psalmorum libro tot de Messia ejusque Ecclesia vaticinia occurrant, conf. Act. I, 16. II. v. 30. Matth. XXVII, 35, & Spiritu Sancti afflatus omnibus sacris scriptoribus communis sit, sicut ipse Abarbenel fatetur Comm. in Dan. p. 19, (ad quem locum provocat quoque Frischmuth. Cap. 2, §. 27.) Spiritum S. quandoque dici de perfecta Prophetia, quorū citat loca Num. XI, 26. ubi dicitur de Eldad & Medad, quod super eos resederit spiritus & prophetarint in castris, coll. v. 17. & 29. item 1. Sam. XIX, 23. Ezech. XXXVII, 1. Apage igitur tantas Judæorum ineptias tantamque malitiam!

### Quæstio III.

An forte nomine τῶν ιεροφῶν alia etiam scripta, quam qva in sacro Codice continentur, nempe libri Judeorum mystici, intelligantur? R. Judei, cum vera mysteria, in S. literis V. T. tradita, agnoscere nolint, eò devenerunt, ut fontem sibi mysteriorum novum ficerint; sed tales, qvi aquam salutis veram non continent, quam appellant Kabbalam, h. e. affectionem seu doctrinam ore tenus acceptam, per quam h. l. non intelligitur lex oralis in Talmude comprehensa, sed scientia arcana mysticè ac enigmaticè quodammodo proposita, de rebus divinis, angelicis, theologicis, celestibus & metaphysicis, de angelis & spiritibus, miris Symbolis & arcanis docendi modis involuta, quam Job, Picus Mirandula Comes, Job, Capnio seu Reuchlinus, Archangelus de Burgo Italus, aliisque ex bona parte revelare aggressi sunt, dicente Buxtorfio in Lex. Chalda. Talm. p. 1953. (\*) Non agemus autem hac vice de Cabbala practica, qva morbos curari

(\*) B. Carpzovius introd. in Theol. Jud. pag. 30, seqvens de Cabbala formatum judicium; Opus Mercabæ transit in rugas Cabballisticas ... Sed ita tamen,

curari aliosque miraculosos effectus produci posse existimant, & qvorum pertinet usus *Schemhamphorash*, nomine suo notissimi; sed *theoretica*, s. talis, qvæ in contemplatione subsistit. Eam igitur tanti existimant cœci mortales, ut in *Talmude* asserere non vereantur: *רְבָרִי קַבָּלָה בָּרוּךְ הָרָה רַתְמָה* Verba *Kabale* equiparantur verbis legis. Cumq[ue] nonnulli *Kabbalam* *Estræ* antiquiore faciant, quidam non, *Picus Mirandula* ante citatus sententias has ita conciliari posse existimat, ut dicatur: *Cabbalam antea quidem notam fuisse, sed literis derum Estræ tempore esse mandatam*, ac in LXX. illa volumina relatam, qvorum mentio fit 4. *Estr. XIV.*, 46. *Judicium Pici* illius in *Apol. p. 82.* apud *Job. Henr. Hottingerum in thes. Phiol. L. 1.* c. 3. *Sect. V. p. 439.* seqvens est: *Vidi in illis (libris) (DEus est trinitas)* religionem non tam *Mosaicam*, qvam *Christianam*; *ibi Trinitatis mysterium, ibi verbi incarnatio, ibi Messie divinitas, ibi de peccato originali, de illius per Christum expiatione, de caelesti Hierusalem, de casu dæmonum, de ordinibus Angelorum, de purgatoriis, de inferorum panis: eadem legi, qva apud Augustinum & Dionysium, apud Hieronymum & Augustinum quotidie legimus.* In his vero, qvæ spectant ad Philosophiam, Pythagoram prorsus audias & Platonem? Eandem laudem *Kabbale* recentius tribuit *Rittangelius* in der hoch- feylerlichen Solennität pag. 246. seq., citatus a *Lundio* alter *Jud. Heiligth. lib. IV. cap. X. p. 777.* qvi tamen, qvod *Cabbala* laus illa convenire nequeat, satis determinare non fuit ausus. Interim, qvod ad scopum nostrum spectat, si libros Cabbalisticos tanti momenti esse existimant eorum basiatores, juxta illos absurdum non est, sed potius maxime probabile: Christum in loco nostro *Johanneo* ad libros illos auditores suos remisisse; qvos etiam, licet rari fuerint, si voluisset, ad omnium utilitatem potuisset per Apostolos suos publici usus facere. Imo si rectè memini, prælaudatus *Dn. D. Ittigius* in *Prefatione Bibl. in folio ante IV. circiter annos edita*, qvam pro merito

G

rito

tamen, ut in iſu vera Orthodoxyia reliquia subinde se prodant. Et porrò: si que successu temporis obliuione deleta est penitus *Theologia ista*, donec *R. Akiba* è tenebris in lucem serum protraxerit, non qualis illa ante tempore *Florentis* *Judaorum* ecclesia fuerat; sed qualis bodie in libris *Sohar, Bahir* aliisque id genus libri *Cabbal.* habetur abstrusa, obscura multisque superstitutionibus & nugis, & pena dixerim incansamentis referenda.

rito laudat im Sendschreiben / quod conjungitur der Christlichen  
Lieder-Predigt modo edita, celeberr. Lubecensium Presul. Dn. D.  
Görzius, quamque tunc temporis perlegi, sed hic loci iterum videre  
non dum potui, aliquem ex Anglis refutat, false illius sententia Pa-  
tronum. Verum facili negotio nubecula falsitatis transit, modo con-  
siderentur, quæ Hottingerus (\*) in thesauro phil. afferit, cujus hic  
verba quædam adscribam. Certe, inquit p. 443, universa N. T. re-  
clamat historia. Ubi umbra, ubi apex, ubi conjectura doctrina hu-  
jus Cabballisticæ? (de mysteriis vera fidei agentis?) Pharisei, penes  
quos clavis erat scientia, quique traditiones Majorum suorum inde-  
sive studio propagarunt, nulla doctrina hujus Cabballisticæ vestigia  
nobis ostendunt. Paulus ergo *Sæc. 2* eorum secutus heresim,  
ad pedes Gamalielis, viri in omni disciplina Hebraica politissimi,  
educatus, tum demum Deodidax. (\*\*) veram didicit Cabballam, cum  
suam dedidicit. (\*\*\*) Quid etiam Cabballæ illius falsitas appareat ex  
falsis dogmatibus, quæ in ea, fatente Pico, continentur, e. g. de pur-  
gatorio, quorūq; quoque pertinet nimium Philosophie Platonice æ-  
stimium; & liber IV. Esdræ indignus est, qui audiatur. Neque ob-  
stat, quod quædam mysteria videantur in ipsis libris cabballisticis  
contineri; quia omnia ibi contenta adeò sunt, ambiguaque flexilo-  
qua, quod quodammodo apparet ex Judæorum Cabballam amantium, in  
oppu-

(\*) Celeberrimus Wagenseil in tract. de sellis igneis satanae 453. scribit: in-  
esse Talmudicis & r̄w Medraschim Rhapsodis, multa dicta, ab iis  
Rabbinis, qui aut Christianum, aut illius discipulos sc̄isunt, ac ca-  
lestem veritatem, quam illi profitebantur, adserunt, christiane prolatæ;  
qua deinde istorum operum consarcinatores, ignari, quid in recessu ha-  
berent, ceteris diversi generis alterum effatis permisuerint. Conferatur  
etiam Carpzov, introduc. p. 33.

(\*\*) H. C. Agrippa in epist. apologetica contra Colinum satetur, libros de occulto  
phil. ad Defensem Cabballæ scriptos esse, & simul ipse addit; factore  
multa in illo libro nostrum trahari, qua cum pietate .. & S. scripturis non  
coharent. Qua de revideri possunt Unschuld. Nachr. 1708. p. 598-599.  
Verum ex ipso libro de vanitate scient. Huc spectantiam hauriri possunt.  
Nam. in c. 47. de Cabballa, quod eam artem multo labore aquirendo scri-  
tus sit, satetur, & porro c. 48, cum ageret de præstigijs, in libris de  
occulto phil. multa contineri non probanda, satetur, Conf. etiam p̄fatis,  
editioni librorum horum in fol. præfixam.

195

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO SECT. II.

51

oppugnandis Christianæ fidei dogmatibus pertinacia,) ut nihil solidè exinde haberi possit. Quid & derogat tanta *Kabbala* laus debito Scripturæ V. T., cuius in dando de Salvatore testimonio claritatem jam antea paucis ostendi, testimio. Inde *Job*, *Leusden*, in *Philologo Hebraeo Diff. 26. §. 15. p. 324*, nullo, inquit, modo est verosimile, vel *Mosen*, vel *Ezram*, vel alios Prophetas harum nugerum esse primos vel inventores vel propagatores. Abiit à talibus doctis & piis viris, quod S. Scripturam vel ita pessime in multis explicassent, velejus sensum ita torpissent. Ait longè aliter recentissimè judicavit *Famiger*. Autor *Observ. Halensis de Cabbala Tom. I.* (\*) Is enim, postquam obs. 1. §. 6. duplicum dixerat esse Kabbalam, *symbolicam s. literalem* & *dogmaticam s. realem*, quæ iterum, juxta §. 9, sit vel *historica*, vel *philosophica*, vel *theologica*: ad ultimam spectare dicit doctrinam de X. Sephiroth, quam, §. 1., regni divini economiam, quæ summa est veteris Theologie Judaica, admirabilem utique & longè sapientissimam, exhibere, ait, cumque *Thomas Burnetus*, obs. 16. §. 2. adductus, doctrinam Sephiroticam rejiciat, eamque nihil præ se ferre singulare aut eximium, & ob maximam obscuritatem & confusionem usū destitui, dicat; *Observator* §. 3. contrarium ostendere conatur, assertens, quod per supremas tres numerationes Sephiroticas personæ divinae intelligenda sint, & per 7. reliquias attributa divina, in regno gratia maxime conspicua. Cumque porro idem §. 4. ex *Burneto* recensuisset 18. illa cognomina & subalternas -- notiones primi ex X. Sephiroth, quibus adductis *Burnet*, ille ostendere annititur: ~~etiam~~ esse, que *Judei* hic profiteantur & pro magnis mysteriis venditent, (inter quas notiones est num. 2. lux, num. 18. caput album, num. 3. color niger, num. 2. causa causarum, n. 16. nihil, quæ sibi planè repugnare videntur:) illa omnia ita explicat, ut commodum dare sensum queant. Quinimo, licet §. 11, quod DEUS intelligatur à Kab-

G 2

balistis

(\*) Autor *observ*, istius est D. *Buddaus* hodie jenæ degens. Is. t. t. scandalosorum observationum Hal. latinarum *Hala* erat Condirector, teste Thomasio in pref. der kleinen teutschen Schriften. De controversiis, quæ ipsi ob periculo principia cum sinceris Theologis, ut D. Loschero, D. Wernsdorff, Prof. Edzardi aliisque intercederunt, & speciatim de iis, quæ ad Cabbalam spectant, in compendio legi possint. *Ursch. Magdebr. A. 1709. p. 49. seq.*

balistis per יְהוָה f. Adamum primum defendat; non obstat tamen ait §. 14, quod hic ipse vocetur etiam creatura. Verum istis recte perpensis, quis non assentietur Burneto. ib. §. 7. adducto, quando is ad primam τὸν Sephiroth, equisnam, ait, hinc instructior est à doctrina primi Sephiroth? aut certior factus, quid negat, quid affirmat, quid in se continet? vera sint an falsa, quae nos docet, aut docere videtur. Nimurum eadem libertate, quā Observator ille juxta suum beneplacitum voces has explicat, & S. S. Trinitatem in primis 3. Sephiroth querit, aliis licebit aliam & diversissimam adhibere explicationem. Quis ergo doctrina illius datur usus? Non enim juvabit in gratiam Judæorum legere & rimari Kabbale mysteria, quia illi longè aliter ea, quam nobis placet Christianis, explicant! Neque juvabit distingvere (ut facit Obs. §. 9. & 10.) inter Cabbalam recentiorēm, impuram & veterem, puram. Quis enim in hac controversia judex erit, an scil. Christianus, an v. Judæus, recte obscuram veterum illorum mentem explicet, quos Judæus suos Proavos nominat & in fide antecessores. Annon ipse Observator fatetur obs. 16. §. II? etiam antiquissimos, qui extant, libros Cabballisticos, non puram, sed corruptam Cabbalam exhibere, & claris verbis ibidem ait: veritatis cultor indefensus hoc sibi datum credit, ut prava à bonis, vera à falsis, discernat, & vera Caballe vestigia ubique detegat. Quid felici successu illi demum suscipiunt, qui Cabballistarum placa cum vestigiis hujus doctrina in Scriptura S. occurrentibus diligenter contendunt. Quam viam qui non ingrediuntur, illi vix errores ac precipitia evitabunt. Quomodo ergo tua explicationi credet Judæus, & quae tibi non placent, rejicit? Neque etiam talia legere opus est in gratiam Christianorum, ut consensum videamus Kabbala Judæorum cum veritate. Nam, cum omnia innitantur conjecturis, quænam adest certitudo? (\*) eum mala sint intermixta bonis in omnibus libris Cabballistarum, quid obtinebitur sani, nisi ipsa Scriptura viam ostendat? Quicquid igitur sit de usu aliquali, ad indefessum scrutatorem obscuratum eorum

(\*) Ita Wachterus, Cabballista ac Fanaticus pessimus, in elucidario Cabballa, p. 33, eos errare ait, qui tres priores Sephiroth ad SS. Trinitatem referunt, cum iuxta ipsum, ad mundum si extent, D. Budæum itaque refutat, sed pejoribus deditus opinionibus, secus se res habet cum scriptura f.; quam hostes pervertere querunt, sed frustra, ob claritatem sensus. 2. Pet. I, 19, seqq.

rum edundanter, (\*\*) non nisi otiosis tamen ingenii commendari labor iste poterit; cum satis habeamus lucis ad fidem & vitam in ipsis Scripturis sacris, & in ejus meditatione tempus die ac nocte collocari queat longè utilius. Qvis vero sanus, hisce positis, Salvatorem nostrum ad scripta ejusmodi mystica, et si quædam extiterint, provocasse, affirmare potest? Neque etiam alibi probavit Observator, prout gloriatu, Christum ac Apostolos Cabbala, tali modo, ut vocem ipse sumit, accepta, usos esse. Qa de re quædam dicentur c. IV.

## CAP. III.

## De Scrutandi actu.

## §. I.

**A**ctus scrutandi τὰς γένετας, insinuatur à Salvatore vox ἐπενθὲτη; quæ vox, ut iis, qui Græcæ lingue non plane rudes sunt, facile constat, tam indicativi quam imperativi modi esse potest; indeque, sicut in æqvivocis fieri solet, explicatio ex contextu atque circumstantiis petenda venit. Non negandum eqvidem, modo rationes statim insequentes, quas ante sect. I. §. 4. adduximus, considerentur, nempe: quod vita æterna in Scripturis habeatur, et que de Christo testantur; non adeo multum interesse: an vox ἐπενθὲτη indicativa, an imperativa, explicetur. Imò B. Prücknerus *Vind. ad h. l.*, (quem procul dubio intelligit Misander in *Delit. Bibl. ad h. l.* dum per vitium typographicum ad Brücknerum provocat) p. 600. b., Scrutamini, inquit, imperando an indicando sumatur, haud pili hic interest. Nam tota vix argumenti nostri in his est: ille testantur de me. Prücknerum seqvitur B. Qvensted. *Syst. P. I.* p. 229. Nec minus B. Seb. Schmidius Coll. Bibl. post. Loc. I. §. 4. dicit, quod non plane perturbatur sensus & usus loci, si in Indicativo legatur. Sane, si adesset indicativus, sequenti modo: legitis Scripturas, & ille testantur de me; in hac oratione Christi, in qua ille personam suam ex S. Scripturis, ut ita loqvar, legitimabat, adesset legendi preceptum; et si non explicitè per apertum imperativum, tamen implicitè propter adjunctam rationem

(\*\*) B. Carpzov, introd. in *Theol. Jud.* p. 30. &c.

rationem: dum scil. volebat, ut Judæi legentes id crederent, qvod Scriptura de semet testatur. Declarabo hoc simili exemplo. Si de re aliqua, cuius mentionem fecit *Imhof.*, ad domum Principis cuiusdam pertinente; qvæstio sit, sciatqve Princeps, virum, qvocum loqvitur, *Imhofium* diligenter legere, ac dicat: legis *Imhofium*, & ille de rebus meis scriptis; quis tunc dubitaret: velle Principem, ut alter *Imhofium* legit; æqve ac si dixisset: Lege *Imhofium*, ille enim ea, de quibus loqvimus, exhibet.

§. II. Interim nullo modo relinqvendus est *Imperativus*, qvi, si autoritatem desideras, tot tantaqve veterum Ecclesiæ Patrum testimonia habet, ut non opus sit ex meis, aut ejusdam nostræ Ecclesiæ Viri, verbis illud cognoscere; verum audire hæc de re possimus *Jesuitam* magni nominis, ingenuum veritatis confessorem. *Maldonatus* enim ad b. l., omnes, inquit, opinor, preter *Cyrillum* graves *Aurores*, imperantis modo dictum putant. Ex Pontificiis ante B. Lutheri reformationem Abbates illi, qvi Carolo V. in baptismate doni loco Biblia S. obtulerunt, inscriptionem eis addiderunt ex loco nostro: *Scrutamini Scripturas*, vid. *Christ. Matthia. Theatr. Hist.* p. 1034, qvam non bene aliter, qvam imperativè, accipere licebit. Verum apud illos non opus est subfistere. Licit enim ex Pontificiis plurimi, ut in desperata sua causa aliquale subdilium sacre scripturæ, tanquam illi libro, qvi præteritas tempestates & turbines concitatavit, (ceu loquuntur de Reformationis negotio Episcopi, Bonone anno 1553. congregati, in Consilio suo, adversus Bibliorum letctionem Papæ suo Julio III. dato ac à Vergerio edito, conf. B. Alberti *Interesse Rel. Christ.* art. 1, tb. 7. §. 6.) aliquid detrahere queant, unum *Cyrillum*, cui alias non tantum tribuunt, hic sequi malint, qvam integrum Patrum chorum; qualia subdole Ecclesiæ Romana erga Patres reverentia plurima specimena proposuit in Tractatu, sub hoc titulo edito, *Jac. Laurentius*: tanta tamen est veritatis vis, ut etiam post exortam reformationis lucem *Emserus* ac *Dietenbergerus* in Versionibus suis Germanicis Imperativum refineant, ut & *Corn. à Lapide* in *Comm. ad b. l.*, aliisque. Nostrates, B. Lutherum secuti, Imperativum communiter recipiunt, qvod etiam faciunt ex *Calvinianis Tigurini*, *Belgæ* & aliis. Accedit huc non contemmendum illud, qvod *Syrus* interpres veritati b. l.

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO SECT. II.

55

197

h. I. præbet, testimonium, adhibens, prout ante adductum, vocem

**O<sup>r</sup>32**, qvæ testibus Grammaticis, juxta consuetam verborum 3.  
Rad. N in Syr. lingua anomaliā, secundam masculini pluralis per-  
sonam in imperativo s̄istit, reddenda: *inquirite vel scrutamini.*

S. III. Verum non nuda autoritate adductus pro *Imperativo* pugno. Adsum rationes alia sat graves. Nimurum accurata ipsius *Textus Johannei consideratio* veritatem clare docet. Nam, cum Christus adhibeat vocem *Egervān*, sive verbum *égevān* propriè notet: *instar canum venaticorum indagare*, qvæ est assertio B. Pfeifferi *Thes. Hermeneut.* p. 275., sive in voce illa à metallis metaphoram ductam dicas, qvæ à fossoribus qvam solertissime investigantur, quod praefat, dicente B. Gerhardo in *Exegeſi* p. 527; ipsa *vocis emphasis* viam veritatis hic qværentibus est instar filii Ariadnei. conf. loca, Joh. VII, 12. i. Pet. I, 11. Hinc *Lighſ*, contraria licet sententiae addictus, postquam in *Harm. ad h. I.* indicasset, quod acceptio vocis *égevān* imperativa communis sit, quando ait: *Priore sensu à plerisque ferē recipitur*; idipsum fateri cogitur seq. verbis: *hunc autem sensum præcipue insinuat græca vox, qvæ seriam inquisitionem indicat.* Ita pariter Italice reddit Brucioli, guardate diligenterente. Judæi autem, qvibuscum agit Christus noster, Scripturas quidem Sacras legebant, scilicet oscitante, perfunctoriè, ſoventes præconceptas suas opiniones, sed non fuerunt eas scrutati, qvæ verba sunt citati modo Gerhardi. Qvam affectatam Judæorum ignorantiam in eodem adhuc sermone ac capite reprehendit Salvator seq. verbis: *Si crederetis Moſi, crederetis mihi: nam ille de me scriptis.* Clarius res ista fiet, si paulo specialius Sectarum Judaicarum studium scripturarum considerare placet. *Sadducei* nempe circa Scripturam explicandam, *Traditiones* quidem Pharisæicas non recipiebant, *sensu Scriptura literali contenti*, dicente Pfeiff. in *Exerc. de trihæreſo Judeorum*, qvæ quarta est in *Theologia ejus Judaica* p. 202, ubi Cœcujum citat, eadem de re agentem *Excerpt. Gem. Sanhedrin.* p. 52, & Schickard in *¶ p. 143.* Unde *Carpz.* in *Introduct. ad Raimundi Martini Pugionem fidei c. 3*, eos ex hodiernis Judæis, qui *Karræi* vocantur, Sadducæorum propaginem, depositis tamen nonnullis eorum erroribus, esse docet. Ipsos *Sadducæos* nomi-

ne

ne Karraorum quoque insignitos fuisse, probat Buxtorff Lex. Talm. p. 2111, ac contra Scaligerum defendit Pfeiff. Theol. Jud. p. 195. Verum, quomodo in scrutandis Scripturis se gesserint Sadducei, Praeceptorum suorum sententiam in depravando vero illius sensu sequentes, ex ore summi Doctoris percipere licet, hisce eos verbis redarguentis: *Erratis nescientes Scripturas; cum ille resurrectionem mortuorum, à Sadduceis negatam, in ipso Moše contineri, per certissimam consequentiam ostenderet, quam cœci illi homines nunquam videbant.* Unde tamen nondum seqvitur, quod Sadducei non acceptarent alias Scripturæ S. libros, nisi Moſen; sed solum, quod Christus ex eo libro, qui populo notissimus erat, nimirum lege, adversariorum stoliditatem redarguere voluerit. Conf. B. Pfeiff. Theol. Jud. p. 201. Phariseorum vero in tractanda Scriptura S. cœcitatem multis deducere opus non erit, quia illi non verebantur *transgredi mandatum DEI per traditionem suam*, dicente iterum eodem, quod paulo ante audivimus, veritatis ore, Matth. XV. 3. Per hos enim legi divina, proximum diligere jubenti, glossa (\*) illa apposita fuit: *Odio habebis inimicum tuum Matth. V. 43.*, plane contraria genuino sensui jam memoratae legis, quæ per proximum omnem intelligit hominem, etiam inimicum, quæ ratione in ipso V. T. Salomo expressis verbis oſoribus suis benefacere jubet, Prov. XXV. 21, si esurit, inquiens, *osor tuus, ciba eum pane, & si sitit, da ei bibendam aquam.* Indeque Christus per maximam C. V. Matthæi partem Legis verba à corruptelis Phariseorum vindicat, contradicens, non legi Mosaica in se, cuius tamen interdum ipsissima verba citat, sed sensu, præcepto Mosis à Phariseis afficto. Vid. Qvenstedt System. P. IV, c. 2. ſcđ. 2. queſt. 8. in obj. Dialyſ. p. 50. Eodem modo Jesus Phariseos graviter increpat per totum Cap. 23. Matthæi, in Disputatione de Messia persona à ſemet

(\*) Equidem Sociniani conantur respondere: *odium inimicorum imperari, Exod. XXIII, v. 32, ſqq. Item Deut. XXIII, v. 3, 6.* Sed responderet à B. Schomero in Colleg. Anti-Socin. cap. 15. queſt. 5, pag. 185: *hoc mandatum effe ſpecialē, contra certas gentes, quarum reſpectu Iudei erant milites Dei, non ſua, ſed Dei, exercentes iuricidias nec in ſert generale mandatum.* Adeo clara hinc ſunt, ut locis objectis non fidat Oſtorodus Socin, ſed verba de odio habendo inimico ex Hebreo extidisse ſingat, apud Scherz, Col. leg. Anti-Soc. p. 324.

à senect. cap. antecedente validissime convictos. Prodit adhuc hodiè Parentum indolem Rabbanitarum cohors, Phariſeorum progago, probante in *Introductione ante citata B. Carpzovio*. Intolerabilis fānē est vox, sed horum Judæorum tamen, discipulos suos informantium: *בְּנֵי הַזָּר בְּרִכְתִּי סְפִירֶת יוֹחָן מִרְכָּבָה חֲוֹתָה* Mi fili attende ad verba Legislatorum magis, quam ad verba legis, quam post alios adducit Pfeiff. in *Theol. Jud.* p. 89. Qvinimò cœcis suis ductoribus cœci hi mortales ita adhaerent, ut contradictoria quoque eorum asserta, tanquam vera, admittere haud dubitent, prout probavit accuratissimus Antiquitatum Judaicarum indagator Frischmuth in *Dissert.*: *An Ebrei statuant idem simul esse & non esse*, eamque ob causam hoc in passu detestabilis Scepticismi sunt rei. Conf. *Dissert.* de Scepticismi ortu & progressu, h. l. anno 1702. meo sub Præsidio habita ab J. E. Udamo, nunc Philos. M. Clar., sect. 2. §. 3. Et talis qvidem, quæ modo exposita, ipsorum fuit Doctorum Judaicorum in tractandis Scripturis ratio; quid ergo de reliquis Judæis, quia omnes generatim, ut ante audivimus, Christus alloquitur; maxima ex parte exspectandum erit? Audiamus ea de re verba ante laudati Seb. Schmidii, coll. bibl. p. 3. dicentis: *Ipsi ferè Phariſei ac Scribe, ut ex multis Scriptura locis patere potest, homines fuerunt supine negligentie in investigandis Scripturis nedum vulgus.* Satis igitur, ut arbitror, appetat inevitabilis scrutinium S. Scripturæ Judæis commendandi necessitas.

§. IV. Verum longè clarius necessitas illa elucescit, si consideres rationes, præcepto scrutandi à Christo additas; inexplicabilem scrutinii illius fructum demonstrantes. Prima ratio sequentibus verbis à Salvatore concipitur: *ὅλη ὑπενθυμία δοκεῖτε ἐν αὐτοῖς λόγῳ λόγων αὐτῶν ἔχειν.* Ibi audimus, haberí in sacris literis summum bonorum, vitam æternam. Et quis mortalium nescit miseram hominis sibi relictæ conditionem? Vita ejus ita est comparata, ut, exceptis admodum paucis, cœteros in ipso vita apparatu vita destitutus, dicente juxta communem querelam Senecæ, in libro, qvem de brevitate vite ad Paulinum conscripsit, eaq[ue] tanto curarum onere est obruta, ut etiam excellentissimum istius laboriosum sit & molestem, teste Viro DEI Asose, in oratione sua Psal. XC. exhibita v. 10; indeq[ue], nisi Divi-

na gratia molestias sublevet gaudiumque verum afferat, ii, qui fec-  
do Atheismo nuncium miserunt, ipsam vitam sibi acerbam putant.  
Sic David Psal. CXIX, 92, nisi, inquit, lex tua delebitio mea fuisti  
set, perirem in afflictione mea, & recte Basilius de virtute & laudi-  
bus Ps., ut inscriptio habet, juxta Volaterani interpretationem Oper.  
Tom. I. p. 214. ed. Bas., de Scriptura S. ait, quod eam ob rationem à  
Spiritu S. sit conscripta, ut velut è communī medendarum animarum  
officina universi mortales quisque pro morbi sui ratione medelam de-  
ligeremus. Imò animus humanus, nisi lumen ejus praconcepit Sad-  
ducais opinionibus supprimatur, idoneus est de sua, etiam post dis-  
cessum à corpore, immortalitate testis, neque tamen sibi relictus ul-  
lum potest modum invenire, cui insistentes homines de secutaria post  
obitum felicitate certi esse queant, tali modo ßem nullam habentes,  
ac Åbeos vel sine DEO, quoad cognitionem scil. ejus salutarem, ex-  
istentes. Ineq; procul dubio ille profuit, quem Athei sentiunt in vita  
fine, horror, vid. Tract. der verzweiflende Arbeit, ac verissimum  
est illud Philosophi vulgatum: omnium rerum nihil esse morte terri-  
bilius. Ast sacra, cujus scrutinium Jesus commendat, Scriptura certam  
docet artem ex omnibus non solum terroribus evadendi, sed &  
victis potentissimis hostibus ad aeternam libertatem perveniendi. Ele-  
ganter hac de re B. Lutherus in Praefat. Catechismi, Maj. p. 394, vulgo,  
inquit, vocant Saranam mille artium opificem --- at ipsum DEI ser-  
monem, qui --- illum ipsum mille artium artificem cum omni poten-  
tia ac arte sua opprimit, --- quo tandem nomine dignabimur, nem-  
pe non mille tantum artium, sed multarum myriadum artium opifi-  
cem meritò dixeris. Scilicet, quod oculus non vidit, auris non  
audivit, nec in cor hominis descendit, Deus rexit in S. literis. In  
his habetur vita aeterna, nempe offensivè & ut in medio exhibitorio,  
quia viam ad hanc aeternam vitam monstrant, indubitatam pariter ac  
perfectam illam obtinendi artem prescribendo, atque ipsam vitam  
aeternam, seu ordinatum à DEO medium ejus dativum, offerunt.,  
2. Tim. III, 15. Præterea haec inqviriendi ratio à Christo allata ita  
est comparata, ut ad ipsorum Judæorum, qvibusdam loqyebatur, ten-  
tentiam provocare posset, dicendo: doxera. Licet autem ex Socinio-  
mo Smalciano afferere audeat: recenseri à Christo tantum falsam Ju-  
daorum

203

## SCRIPTURARUM SCRUTINIO. SECT. II.

deorum opinionem, quā se vitam æternam ex V. Tto habere posse putaverint, et si nihil habuerint revera; cui assensum præbet inter Pontificios Maldonatus; nihil tamen probare possunt: quia docēt non semper falsam opinionem denotat; ut, cum dicitur i. Cor. IV, 9, δοκῶν, DEnim nos Apostolos p̄ceptandos proposuisse, C. VII, 40, δοκῶ & me Spiritum DEI habere, imprimis Act. XV, 28, Εδοξε εἰς τὸν αὐτούντα νόμον. Neque qvoad verba nostra Johanne necesse est dicere, qvod Christus in illis reprehenderit *Judeorum* assertionem, cum illi ex propria sententia ad legitimū Scripturæ scrutinium, quam optimè adigi possent. Ideoqve priori adversario B. noſter, Franzius in *Vindic.*, qvas allegat Prückner, ad b. I., posteriori B. Seb. Schmidius Coll. Bibl. poſt. p. 3, accurate ſatisfecit. Nimirūm, cùm non adducatur à Johanne falſa hypothesis *Judeorum*, qvod per ceremonias Moſaicas, in Scriptura V. Tti exhibitas, vitam æternam obtinere cogitaverint, ceu falſo exiftimat Maldonatus; ſed tantum, qvod exiftimarint, vitam æternam, in Scriptura promiffam, nullo alio medio qvā ſola Scriptura S. obtineri poſſe, nihil occurrit qvoad illa verba reprehensione dignum.

§. V. *Huic rationi alia, necessitatē ſcrutandi non minus fortiter insinuans, jungitur;* quando Christus de Scripturis S. ait, ἐκεῖνοι εἰσὶ μαρτυρῶντες τῷ ἥμερῳ, ubi facilē intelligitur, teſtari Scripturas de Christo, qvod revera talis eſſet, qvalē feret haec tenus in oratione ſua erga Judæos vocaverat; ſcī. DEO equalis, atqve vita aeternæ cauſa. Qvam perspicuum ſit hoc Scripturæ V. Tti de Iesu teſtimoniū, facile perſpicit, qui conſiderat: doceri in Scriptura veram Christi Deitatem Jer XXIII. 6, à DEO Patre generationem, Ps. 2, v. 7, & Prov. XXX, 4, nec minus veram incarnationem hujus Filii DEI, Ies. IX, 6. narivitatem ex virgine, cap. VII, 14, & qui-dem Bethlehemi, Mich. V, 2, nominato ejus precursore, Malach. III, 1, adductis miraculis perpetratis, Ies. XXXV, 6, & predicatione Evangelica, Ies. LXI, 1. cap. XLII, 1. seq., nec minus passionibus pro genere humano exantlandis ac morte, Ies. LIII, 3. seq. Dan. IX, 16, ſpeciatim per foſſione, crucifixione & vestium diuſione, Zach. XII, 10. Ps. XXII, 17. 19, ſubſecuto eventu letiſimo, Ies. LIII, 11, seq.,

H 2

& regne

& regno nunquam interituro, Dan. VII, 14. converso ad regnum ejus maximo Gentium numero, Mich. IV, 1. seq. Ief. 2, v. 2. Accedit denique ratio tertia; quando Christus addit v. 40: non vultis ad me venire, ut vitam habeatis; ubi deplorandus Judæorum error in medium profertur, quod, licet vitam æternam habere velint, ad Christum tamen, qui est vera vita Joh. XI, 25, venire nolint, hoc est, illum repudient incredulitate sua, qui unica omnis boni ac vite æterna causa est. Quis igitur, his omnibus perpensis, non vellet imperativam significationem Indicativa præferre, cum sine dubio major emphasis sit in Imperativo? Acqui tanta unicuique Scripturæ loco tribui debet emphasis, quanta potest, ne sine ratione scripture vias minimuamus, quæ sunt verba B. Seb. Schmidii l. c. p. 2.

§. VI. Addit B. Gerhardus in Exeg. L. 1. §. 481. etiam illud pro Imperativo argumentum, quod voci ἐγενέσθη non addita sit particula υμῖς, sicut paulo post verbo δοκεῖτε; cum Imperativi, ut ait, sine pronominibus hoc modo enunciantur, e. g. Matth. V. 12., Χαίρετε γὰρ ἀγαλλιασθε, item v. 17, cap. VI, 33. cap. VII, 1. 3. 1. Thess. V. 16. Hanc B. Gerhardi rationem invadit Theod. Hackspanius in Not. Philologico-Theologicis ad h. l. dicens: Resp., Non necessarium esse, ut preponatur υμῖς: Idque probo ex Job. XIV, 1. ubi dicitur: τιμωτείς Γερόντις εἰς επειτείη. Verum B. iste Vir non affert illud argumentum ut apodicticum, sed ut probabile, unde ait: si utroque (nempe tam apud vocem δοκεῖτε, quam ἐγενέσθη) pronomen omissum, suspicio de modo Indicativo facilius locum habere posset. Itaque argumentum illud alitis fortioribus rectè adjungitur à laudato Viro, quæ quamdiu Hackspanius non refutat, sicut ne verbo quidem illa tangit, nihil allata exceptione contra Gerhardum obtinet.

§. 7. In dicto nostro Jesiano Imperativus clarissime conspicitur, juxta ordinariam conjugationis Kal. naturam formatus, ubi וְהַיְתָ est secunda pluralis in Imperativo, cuius Radix וְהַיְתָ significat quæstivit, it. investigavit, scrutatus est, testibus Lexicographis. וְהַיְתָ est summo studio inquirere, summo studio investigare, ait Wimesius ap. Leigh, in Crit. S. sub hac voce.

Quæst.

## Quæstio IV.

Annon vox ēgewāte Indicativē potius accipienda sit, quam Imperativē? Resp. Indicativum elegit ex Patribus Cyrillus, quem, ut indicavi §. 2, plurimi Pontificiorum, ob perversum interesse suum, avide seqvuntur. Ex Calvinianis ejusdem sententiæ sunt Piscator, Camero, Polanus, Tossanus, Beza, qvos citat Seb. Schmidius Coll. Bibl. post. p. 2, qvibus addo Paſorem in Lexico ad hanc vocem, & Joh. Lightfootum in Harm. p. 520, & 546. Qvin & opinio illæ arrisit Eras. Schmidio l. c., atqve Theod. Hackspanio inter Luth. (\*) Qvod ad rationes illorum spectat, Erasm. Schmidius, decisionem, ait, nobis exhibet ipse contextus, qui à versu 33. usque 40. rotus indicativa oratione constat. Verum, qvia nulla inter versum 39. & præcedentem 38. intercedit conjunctio, nimirū labilis est hæc est consequentia: Christus in antecedentibus & consequentibus Indicativē loquitur; Ergo etiam in hoc nostro versu, eaque debilitate propria plane corruit, qva de re vid. Seb. Schmidius loc. mox alleg. Sed cum Lightfootus plu-

H 3

ribus

(\*) Ira etiam scutum ex Novatoribus M. Franck & Trillerus, cuius hac est verio: Ihr untersucht die Schriften / weil ihr meinet in den selben das Leben zu haben / nec I. H. Reizius, qui ita reddit: Ihr durchsuchet die Schriften etc, Eandem sententiam approbare Quäkeros apud Graſum, Hilliorum Quacker, cap. XII, Dippelium in Confessione sua, item illum, qui se vocavit den Christlichen Eliam, vid. in den Uſch. Nachrichten anno 1703, p. 583, qvorum impium interest; p. 582 detectum est, nempe Scripturam in majori astimio esse apud hinc mines qvordan, qvam vera pietas patitur. Conf. ea de te petet non G. Arnoldi tract, Erwege oder Irrungen gutwilliger und frommer Menschen. Sicut enim ib. p. 174. opinio de indicativo, Joh. V. reperiundo, pro aris & sociis defenditur, ita quoque, non obstante, qvod ibid. p. 161. monita contra scripture contemptores reperiantur, nihilominus p. 171. scandaloſe ad. ditor: Es sei nicht zu beschreiben/wie leicht ein Prediger der stets über die Bibel predigen muß / in eine Blödsinnliche Gelehrtheit verfallen und den Geist dämpfen könne. Ita & porro p. 174. uocatio scripture opponitur; plane contra effata Spiritus S., qui scripturam tanquam unicam fideli ac vita normam commendat, 2. Tim. III, 15, 16, 17. Luc. XVII, 20, 31. vid. B. Schom. Colleg. novissim, controvers sap. 2. §. 14. ubi Quäkeri refutantur. Ultimam istius furfuris homines probè considerarent verba Lutheri in artic. Schmaleald. p. 332, qvod, quiequid sine verbo & sacra-mentis gaudetur ut Spiritus, sit ipso Drabolus.

ribus argumentis opinionem suam propugnare conetur, eorum quoque imbecillitatem breviter detegam. Primum, quod adducit argumentum, exinde desumit, quod ipso in versu dicitur, quia videmini vobis in ipsis vitam aeternam habere. Quibus verbis non tam eò collimat Christus, ut ostendat, quid in Scripturis obtinere possint (Judæi,) quia tum dicere debuisset, in illis vitam aeternam habere potestis, quam ut falsam Judæorum opinionem refutet, qui vitam se aeternam studio legis ex opere operato obtinere posse putabant. Sed jam ante refutatum est in Smalzio & Maldonato, quod verbum docēat falsam semper opinionem denotet, dictumque, quod in textu nostro non fiat mentio falsa illius hypotheseos Judaicæ, vitam scilicet aeternam per opera obtineri posse. Neque enim hæc statim sunt opposita, quæ Judæi ex sacris literis obtinere poterant, & quæ semet exinde obtenturos putabant. Deinde nulla apparet ratio, quare Christus hæc potius verba debuisset adhibere: In S. Scriptura vitam aeternam habere potestis; quia Christus judæis longè melius propriam suam sententiam, quando statuerant, semet in sacris literis habere vitam aeternam, opponere poterat, ut necessitas scrutinii Biblici eo facilius appareret. Alterum Lighthfooti argumentum, natum illi est ex versus sequentis contextu, (quem quoque urget Hackspanius) cuius, utat, hic aperte sensus est: Scripturas diligenter vos ipsi explicatis, ipsaque de me testantur; ad me tamen venire non vultis. Sed si observetur, quod in versu 40. tertia ratio contineatur, Judæos urgens, ut debito modo scrutentur verbum DEI, quemadmodum ante indicavimus, dubium hoc illico evanescit. Nimirum non solum dicit Christus: Scripturas de testari, sed & addit, quod Judæi haec tenus incredulitate sua vitam salutis sibi præcluserint, quo ingenti periculo suo territi ad diligens scrutamen moveri poterant. Novum denique argumentum Lighthfootus p. 546. desumit à Doctorum Synedrii, quos Christus alloqvatur, diligentia in pervertigandis S. literis, quorum, ut ait, principia occupatio Scripturarum indagatio fuerit, unde & copiosissime & accuratissime obseruaverint & in usu habuerint prophetias de Messia, in sacris literis expressas. Et hæc ratio sub quatuor numeris ita proponitur, ut quatuor rationes adesse putares. Verum tota argumentatio falsæ inititur hypothesis, quod cum Doctoribus Judaicis h. l. tantum agatur, cum tamen

tamen totus populus intelligendus veniat, sicut ostensum est Cap. I.  
Deinde nimis extollitur Judaicorum Doctorum in perscrutandis S. literis diligentia; quia homines isti juxta praeconceptas opiniones suas scripturam torquebant, & licet alias satis oculati essent, in iis tamen, quae ad Messie personam ac officium spectabant, talpa erant cocciores, de quo pariter jam ante dictum. (\*)

## CAP. IV.

## De Scrutandi Modo.

## S. I.

**M**odus S. literas scrutandi à Salvatore nostro implicitè insinuat tur per adhibitam vocem ἐρευνᾶτε; quæ revera talis est, ut ab ea magni montes doctrinæ, prout loqui amant Judæi, dependeant. Vocabula enim illa, quæ investigare, scrutari denotat, juxta Lexicon Pasoros, sicut adhibetur Gen. XXXI. 35, de sedula Labani inquisitione, in tentoriis Jacobi facta, ubi dicitur: Ἡρευνοε Αάβας; metaphoram, nemine facile negante, includit. Olearius in Bibliis suis ad h. l. Johannis, octo adducit scrutantium genera; 1. Mathematicorum, temporis rationes accurate investigantium. 2. Metalliforum, aurum querentium. 3. Canum venaticorum, bestias in-dagantium. 4. Oeconomorum, diligentiam adhibentium. 5. Hortulanorum, fructus decerpentium. 6. Botanicorum, herbas rimantium. 7. Mercatorum, margaritas desiderantium. 8. Commentatorum, sensum dictorum explicandorum perquirientium. Satis notabilis est metalliforum memoratus labor, ad quem considerandum ipsa Scriptura S. sapientiam querentes remittit Prov. II, 4, quando ait: si quaeris eam (sapientiam) velut argenteum, & tanquam abditos thesauros scrutatus fueris eam: tunc intelliges reverentiam Jehovæ, & agnitionem DEI consequeris. In LXX viriali versione vox scrutatus reddi-

(\*) Nihil quoque efficit, quando objicitur: vocem indicativam πιστεύει mox procedere. Nam simile exemplum datur in v. 44, ubi est vox indicativa, & ζητεῖ, & 45, ubi sequitur imperativo, μὴ δοκεῖσθαι. Ipse Trillerus ita veritatem den. Nuhm/ der von Gott allein/ sucht ihr nicht. Meinet nicht etc. Conf. Musch. Nachr., l.c. p. 584.

redditur per nostrum ēp̄vvāy. Digna sunt, qvæ ea de re audiantur verba Perkinſi ap. Eduard. Leigh Crit. S. ad vocem hanc græcam. Verbum, ait, metaphoricum est, desumum à scrutatoribus metallorum, qvi profundè terram effodiunt, illiusque glebas in minutas partes redigunt; ut materiam metallicam à terris & saxis discernant, & auri ramenta inveniant: eodem modo & nobis agendum cum scriptura, qm̄ ut aurum scrutari, & ut rem preiosissimam perquirere debemus. Prov. II, 4. qvare, i.e. excute & cribro injice, ut vocis significatio notar: accurate inquire, usq; pedum vera emphasis & sensus verus unicujusque loci, imo unicujusque vocis & syllabæ, vel etiam litera & apicula clare intelligatur, & quid sibi velit, pateat. Salvator igitur svavissimus auditoribus suis, qvo semet in Scripturis inventiant, genuinam, ut uno verbo rem exprimam, Hermeneuticam commendat; qm̄ illius mentem sequenti modo in explicatione horum verborum, Tom. VIII. Jenens. Germ. Fol. 258. contenta, declarat B. Lutherus: Sehet mit allem Fleiß zu / daß ihr die Augen läutert und recht aufsthut / und also in der Schrift studiret / daß ihr mich / Mich / darum suchet und findet.

S. II. Si specialius ea, qvæ ad declarandam Salvatoris mentem faciunt, deducere placet, requiritur ab eo mediante voce ēp̄vvāy I. maxima inscrutando diligentia. Non solum non debebat prohiberi lectio Sacrarum literarum; qvemadmodum hodie, proh dolor! Pontificii Laicis lectionem earum in linguis vulgaribus denegant, ceu in proemio dictum, non secus hoc in passu se gerentes, ac coeci Bramines in India, qvi Vedam suum, qvod instar Bibliorum veterantur, vulgo exponere nolunt, vid, Rogerus in der offenen Thür zum Heydenthūm ap. Tenzelium Coll. Menstr. A. 95. pag. 714: sed maxime commendata esse, ceu omnibus aliis rebus præferenda, ad minimum propter eos non plane negligenda, vid. Andrea Hyperii Tractat. de lectione scriptura, qm̄, licet à Reformato Doctore profectum, maximis tamen merito laudibus effert in Prefat. nova editionis Germ. celeberrimus Ulmensium Praeful Dn. D. Elias Veicius, imprimis Lib. I. cap. XXIV. seq. p. 236. seq., ubi objectiones Politicorum contra indefessam Scripturæ S. lectionem solvit, & oranib; hominum statibus necessariam esse Scripturæ S. lectionem diligentem, probat, descendens post Clericos, de quibus

de quibus res patere videtur, Cap. XXXIII. ad Reges & Principes, Cap. XXXIV. ad Aulicos & Nobiles, XXXV. ad Judices, XXXVI. ad Milites, XXXVII. ad Jureconsultos & Medicos, XXXVIII. ad Mercatores ac operarios, XXXIX. ad pueros & puellas. Non terendum est tempus tractatione fabularum, i. Tim. IV, 7, nec non inutilium ac stultarum questionum, Tit. III, 9, quorum pertinet nimia librorum, merito prohibitorum, lectio, de quibus conferatur B. Morhof. in Polybiis: sed S. Scriptura lectioni diligenter est insistendum, ut neque illa negotia omnino inde nos abstrahant, quemadmodum ipse Paulus, manibus suis laborare interdum solitus, verbum DEI tamen tractare imprimis gaudebat; neque delectatio mundana lectio nem planè impedit. Et hac in re laudanda est Judæorum ab antiquis jam temporibus in legendu V.T. (utinam & in rectè intelligendo!) diligentia, qvi S. literas ita notas habebant, ut si modum aut alterum verbum indicassent, jam omnibus constaret, unde id desumptum esset, unde etiam V. T. in Novo sepè citatur non nisi per has voculas: sicut scriptum est, notante Matth. Flacio in Clavis ad vocem scribo. Eò tendit illa sententia, quando Judæi cum Maimonide suo in הלכות Constit. de studio legis, ab Ulmanno latinitate donatis, §. 10, omni, inquit, tempore, quo non occupatus est homo in discendo, deditis. De qua suorum sedulitate sequentia verba facit R. Joseph. Albolib. Ikkarim Part. III. Cap. 22: Judæi in lege ejusque literis accurati sunt, item literas plenas & deficienes notant. Gloriantur etiam, quod sciant literarum numerum, versus & accentus, ita ut librorum suorum marginalibus inscribere solet. Et hoc opus vocant Majoram, cuiusmodi quid reliquie gentibus receptum non est; quæ verba Rabbinicè quoque citata sunt à B. Frischmuth, in Diff. de Angelofederis Prefat. Plurima autem ea de materia dicta sub voce Lex, exhibet Buxtorf. in Lexic. Talm. & Florilegio. Imò, licet dolendum, quod per praconceptas opiniones suas Judæi contra S. Literas gravissimè peccent, B. tamen Augustinus enarr. in Psal. XL. Tom. VIII. Oper. p. 253. ed. Bas., Christiani de studio Judæorum in tractando Codice Biblico gratulatur sequenti modo: Nobis serviunt Judæi, tanquam capsarii nostri sunt, studentibus nobis codices portant. Et post pauca interjecta pergit:

I  
Quando

Quando agimus cum Paganis, & ostendimus, hoc evenire modo in Ecclesia Christi, quod ante prædictum est, --- ne putent, nos finxisse illas prædictiones, --- proferimus codices Judeorum. Nempe Judæi inimici nostri sunt, de chartis inimici convincitur adversarius.

§. III. Insigni autem hac cum diligentia, ex intentione Christi II. conjunctum est facri hujus libri scrutandi æstimium. Evidenter non superstitionis illud esse debet, quale apud Judæos hodienum videatur; ostendit Ligibfootus in Erubbin Cap. VI. Tom. 1. p. 198. hisce verbis: *Ipsi tanti hoc studium faciunt, (scripturarum) ut errorem in una litera mundum destruere affirment.* Qui in hoc versu: *אֵין קְרֹבָה* (non sanctus, sicut DEus) legit בַּ (in) pro בָּ, (sicut,) facit, ut Iehovah non sit sanctitas & destruit mundum. Quo pertinet, quando Judæi, si codex S. è manibus forte cadat, Jejunium propteræ indicendum statuunt, & metuendum, ne totus orbis in pristinum chaos redigatur. Conf. Leusden. Phil. Hebr. p. 2. & Hottinger. thes. philol. p. 97. ubi P. Fagium citat. Neque etiam in externa tali reverentia æstimium debitum consistit, quando Judæi non audent sedere in scaeno, in quo V. T. jacet, neque codicem s. libris profanis interpolare, sed superiorem illi semper locum concedunt, notantibus iisdem Autoribus; qva in re Moscovitæ iis quodammodo accedunt, Biblia s. non prius tangentes, quam capite aliquoties inclinato, & praemissa signatione crucis, si fides habenda Anonymo in dem Moscovitischen Kirchen-Staat / quem excerpit Tenz. Coll. Menstr. Ao. 98. p. 325. Verum, eti utique Christianum non deceat codicem s. lectio- ni sue inservientem, hinc inde projicere pedibusque substernere, quale quid committentes in ruborem dantur ab Alexandro M., qui in scrinio quodam pretiosissimo, inter prædam reperto, nihil dignius secundi posse existimabat, quam Homerum, cuius lectionem in deliciis habebat, sicut & alias res, imprimis libros, quibus Antiquitas autoritatem conciliare potest, non adeò vilipendere solemus: iustum tamen æstimium in eo consistit, ut lector res s. literis contentas omnibus mundi divitiis atque bonis, cum Davide Pf. CXIX, 14, 24, 25, præferat, qvorumtendit. R. Cibja in Talm. Hierof. Peach, quando ait, *כל העולם כולם אין שום לרבר אחר סן ההורן* Totus mundus non equivaleat unico verbo legis; quod effatum cum variis

variis ejus generis collegit sub titulo *Lux, Buxtorff. in Floril. Hebr.* :  
 nec non ulterius, ut dicta ejus divina cum mundi filiis ad jocum &  
 materiam ridendi, non adhibeat & sugillet, neque in gratiam hypo-  
 thesium falsarum, nedum impiarum, qualemcumque fucum adhiben-  
 do, depravet, qvod in more positum erat tum antiquis impostori-  
 bus inter *Judeos*, tum recentioribus, ac speciatim illi ex *Judæo Atheo Spinoſa*, cum is e. g. in epistolis, (qvaे in editione anni 1677. in-  
 ter Opera Posthuma junguntur *Ethica illius*, libro ut *rariſſimo*, teste  
 Pl. Rev. Dn. Lic. Kettnero in Diff. de religione prudentum th. 47. p.  
 79, ita pestilentissimo) num. 23. p. m. 455, phrasin, quando DEus dici-  
 tur manifestatus esse in carne; ut elevet unionis mysterium, per alium  
 locum, ubi phrasis ea occurrit, explicare conatur, pessime hic appli-  
 catum, dicens: *An credis, quando scriptura ait, qvod DEus in nube*  
*ſe manifestaverit, aut qvod in tabernaculo, & in templo habita-*  
*verit, quod ipſe DEus naturam nubis, tabernaculi & templi assum-*  
*serit? sed facili negotio patet malitiosa ſensu corruptio, qvia nun-*  
*quam DEus ita dicitur in nube ſe manifestasse, ut etiam dicere licet;*  
*DEus nubes factus eſt, ſicut clarè extat, Joh. I, 14, ἀογοὶ ille factus*  
*eſt caro.* Econtrario genuiniſſimi ſcrutator, depositis omnibus præconceptis  
 opinonibus, Deo, qvi ſuperabundanter potest facere ſupraea, qva pe-  
 timus aut intelligimus, Eph. III, 20, ſemet tradit, ſpretisq; omnibus ra-  
 nis placitis, omnipotenti Scripturæ autori pro tanti theſauri conces-  
 ſione ſubmissas agit gratias, ac non niſi cum devotis precibus ad le-  
 ctionem ſemet accingit. Nemo enim recte rem perpendens  
 negare poterit, S. literas claras ac perſpicuas dicendas eſſe, non ab-  
 ſolutè, ſed ordinatè: ut nempe, ſupposita illuminatione Spiritus Sancti,  
 absqve qua etiam ingeniosiſſimi & doctiſſimi homines in hoc mundo  
 Evangelium de Filio DEI --- propriis viribus percipere, intelligere,  
 credere & verum eſſe ſtatuerne nequeunt, I. Cor. II, 14. seq., ut ver-  
 bis utar F. C. p. 67, non excludantur piae preces, ut in omnibus ne-  
 cefſitatibus noſtriſ, ita in hac maximè, ubi de anima ſalutæ agitur,  
 merito adhibenda; cum Pater coeleſti petentibus non poſſit Spiritus  
 S., Luc. XI, 13, & ſapientiam, Jac. I, 5, tempe cœlitus venientem,  
 c. 3, 15, denegare: unde etiam Paulus ardenter precatur, ut DEUS  
 Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater ille gloria, dei Epheſiſ ſpirituſ  
 ſapientia

*sapientia ac revelationis, per agnitionem ipsius, illuminatis oculis  
mentis ipsorum, Eph. I, 16. 17. 18.*

S. IV. Sequitur jam III. modus ac methodus scrutinium debitum *instituendi*. Facile intelligitur, quod non sufficiat ex intentione Christi, alienis oculis per omnia fidere, & receptam expositionem, procul omni meditatione, seqvi; cum hoc non esset scrutari, verum serviliter credere. Itaque non potest melius, quam in ipsis fontibus, sive lingua Scripturae S. originali, scrutinium illud institui; quia non potest non ex illis fontibus aqua salutis dulcissime hauriri, ac Spiritus S. in ea lingua svavissime audiri, qvæ ab ipso quoad singulas voces ac particulas adhibita, mentem ejus plenus representat, ac prolatorum emphasis, in omnibus versionibus, qualisque illæ sint, frustra omni ex parte querendam, graphicè ob oculos collocat. Neque obstat, qvod in N. Test. Vetus sacerdotem rò quoad versionem modo LXX-Viralem citetur; partim, quia hoc non est perpetuum, & citations quoque ex ipsis fontibus petitæ occurunt, partim, quia Spiritui S., qui optimus est verborum suorum interpres, liberum fuit, aliis, instituto pro tempore convenientioribus, vocibus mentem suam declarare; qvod in ipso Veteri Testamento interdum factum videmus, quando non solum ex. gr. *Psalmus XVIII.* repeatitur 2. *Chron. XXII.*, verbis multis in locis immutatis; sed etiam in Decalogo X. præceptum, qvod Exod. XX. exhibetur vocibus: *לֹא תַהְמִן*, Deut. V, 18, his vocibus traditur: *אַתָּה הָרָא*. Verum hominibus ex litera fontium quam optimè de mente Spiritus S. constat. Qy de re B. Sal. *Glossius in Orat.* de lingue Hebr. necessitate, annexa *Philol. S. lib. II.* p. 371, est, inquit, peculiaris vis atque evègypcia vocabulorum in hac lingua, sunt peculiares idiotismi, quos nulla lingua alia satis venustè & gravide exprimere & haurire vales. Et veluti quedam arbores ex nativa sua terra in aliud solum transpositæ, suam naturam, & quicquid in iis genuinum est, amittunt; ita nativa etiam vocabulorum Hebraicorum evègypcia, ubi in aliud lingue quasi solum transplantatio fit & translatio, paulatim expirat. Qui Autores, de necessitate lingvæ hujus agentes, videre desiderat, legere poterit B. Pfeifferi

Pfeifferi Praefationem Methodi Hebr. Non possumus tamen, qvia  
verba B. Lutheri, (qui graviter, ut solet, necessitatem illam, compa-  
rando linguarum originalium lectionem cum Patrum primitivæ Eccle-  
sie glossis, exprimit,) desumpta ex admonitione ad Senatus Germanie  
de erigendis scholis, qvæ habetur Tom. II. Jenel. Germ. fol. 460. ad-  
dam. Die Sophisten haben gesagt / die Schrift sey finster / haben  
gemeint / Gottes Wort sey von Art so finster / und rede seiham.  
Aber sie sehen nicht / daß aller Mangel liegt an den Sprachen.  
Qvæ verba Megalander Pontificis Theologis opponit, qvos Sophi-  
stas vocat, qvique, ceu notum, Vulgatam Versionem latinam, lon-  
ge corruptissimam, vix legebant, adjunctis talibus Germanicis, qvæ,  
comparatione instituta, non cum fontibus, sed solum cum versione B.  
Lutheri, tenebras ac noctem continent; ceu illi, qvibus collationem  
instituere ob raritatem antiquarum illarum versionum non licet, co-  
gnoscere possunt ex Melch. Sylv. Eckhardi Studio Theologie p. 148. sq.  
Et post pauca interjecta h. m. pergit Lutherus: Darum ist das auch  
ein toll Fürrnheimen gewest / daß man die Schrift hat wollen ler-  
nen durch der Väter Auslegen / und mit Bücher und Glossen le-  
sen. Man solte sich dafür auf die Sprachen begeben haben.  
Denn die lieben Väter / weil sie ohn Sprachen gewesen sind / ha-  
ben sie zuweilen mit vielen Worten an einen Spruch gearbeitet /  
und dennoch kaum hinnach geahnet / und halb gerachtet / halb ge-  
fehlet. Adeo necessarium est, Spiritum S. in sua lingua audire! Por-  
ro ipsum modum ea, qva Spiritus S. in lingua originali profert, per-  
cipiendo, non nisi ab eodem Spiritu dicere convenit. Hic enim non  
solum per os Petri, 2. Pet. I, 20, verbum DEI ὁ διαλύσεως, seu  
propria, juxta humani ingenii beneplacitum instituta interpretatio-  
nis, non esse assert, addita seq. 21. hac ratione: non enim libitu homi-  
nis allata est olim prophetia, sed aeti à Spiritu Sancto locuti sunt san-  
cti DEI homines; sed & Ps. I, 1, laudat eum, qui in lege DEI προφέτη  
meditatur, qvin & præceptum dat 1. Tim. 4, 13, ωροτεχε τῆν αιώ-  
νιον, attende lectioni, qvemadmodum & Christus notanter scrutinio  
Danielis inculcat, Matth. XXIV. 15. dicens: ὁ αιώνιον κανόνα  
νοέτω, qui legit, animadverat. Ipse Daniel de se testatur cap. IX. 2,  
quod consideraverit ex libris numerum annorum, qvibus fuerat ver-

bum Jehovæ ad Jeremiam Prophetam, ac de Prophetis generatim dicitur 1. Pet. I, 10, quod scrutatisint, in quem aut qualem temporis articulum prænuntius illa, qui in ipsis erat, Spiritus Christi, declarabat eventuras Christi percessiones, & gloriam illas consecutam. Cumque dubia sæpenumerò occurrant, Paulus Rom. XII, 6, conferre jubet αὐλογίαν πίστεως, & tenere formam sanorum verborum, 2. Tim. I, 13, ac Scripturam ex Scriptura explicare exemplo suo Christus docet Matth. IV, cum dicto ex Ps. 91, de custodia Angelorum, à diabolo allato, opponit ex Deut. VI, 16, eam tunc obtinere, quando DEUS Dominus non tentatur; itemque Matth. XXII, 41. dicta, quæ Messiam Davidis filium esse testantur, recte limitat ex Ps. CX, 1, ubi Messias Davidis Dominus vocatur, ne scilicet priora exclusivè accipientur. Qui modus scripturam per scripturam explicandi observatus quoque fuit ab Esra ac sociis, Neh. VIII, 8, ubi dicitur: legebant librum illum, legem DEI explanatè, & exponendo sensum (paraphrastice) וַיְבִרְכֵנּוּ dabant intelligentiam per Scripturam ipsam. Sic & Act. XVII, 11, Berroënses legunt ut examinasse Scripturas, an hæc ita se haberent, quæ Paulus annunciat.

S. V. Hunc igitur Spiritus S. dictum qui observat S. Scripturæ scrutator, non potest non finem sibi propositum rite obtainere, & genuini interpretis reportare nomen. Audiatur ea de re ex vetustis Ecclesiæ, & celeberrimi quidem IV. Seculi Patribus, Hilarius Piæ aviensis, qui, cum contra Arianos de Trinitate scriberet, (qui Tractatus XII. libris constat, in exilio compositus.) juxta Cave Scriptorum Ecclesiast. Hist. Liter. p. 117.) veramque afferre vellet Scripturas interpretandi regulam, sequentia profert, quæ communi rectè sentientium consensu aurea vocantur, verba: Optimus ille Scriptura S. lector est, qui dictorum intelligentiam expelleret potius ex dictis, quam importat, & reculerit magis quam attulerit; neque hoc cogit videri dictis contrari, quod ante lectioñem presumferat intelligendum. Falsas autem interpretationes, hereticorum perversitati idem Pater tribuit l. c. lib. IV, quem locum ipse Dionysius Petavius Theol. Dogmatum Tom. II. p. 175, (ubi tamen paulo post p. 177. falsum suggerit interpretandi medium, quæ de re in sequentibus quaest., l.) adducit; non autem impotenziæ Scripturæ seipsum explicandi. Verba ita se habent: Videntur (Hæretici)

(Hæretici) sibi de singulis, quæ afferunt, præstare rationem, quia singulis assertionibus suis quedam ex divinis voluminibus testimonia subdiderunt, quæ corrupto intelligentia sensu tantum ignorantibus blandiantur, speciem veritatis secundum præstatam interpretantium præstatura. Indeque, quæ ex ipsius Spiritus S. schola S. antec. audivimus, laudatissima opera sequenti modo in Tractatu de interpretatione S. Scriptorum in ordinem rediget, B. Lutheri vestigia secutus, Wolfgang. Franzius, ut p. 19. duas constituerit regulas, (\*) quæ, ut est in rubro libri illius, B. Luther ad felicissimam Papatus destrutionem, in versione Bibliorum Germanica, & in Scripturarum, præter morem antea sub Papatu consuetum, explicatione, unice usitate & familiariæ fuere; in qvarum prima reqviritur ipsa notitia Scripturae in lingua sua qvoad voculam & qvoad phraselogiam nativa, in secunda notitia integræ coherentia contextuum. Et has duas regulas ita probatas reperit B. Sal. Glassius Philol. S. Lib. II. Part. 2. p. 353, ut, cum interpretem S. Scripturæ menti Spiritus Sancti conformiter instruere vellet, easdem cum B. Franzio retineret regulas. Neque ab eo recessit B. Augustus Pfeifferus, qui in Crit. s. p. 117, postqvam subdidit Scripturam S. interpretandi, hodie obvia, distinxisset in externa sive in artificialia, qvorum refert res, b. e. disciplinas, tam instrumentales, qvam principales, omnium, ut vocare solemus, facultatum, ac interna s. artificialia; & ad interna hæc duo retulisset: εγνέαν & οὐνετών, sequentia profert: Quo tendunt duo illa præcepit W. Franzii, pro inelligendis S. Bibliis. Capit autem Vir incomparabilis, ut se ipsum explicat p. 118, vocem εργνέος speciatim, pro interpretatione tam vocum singularum qvoad emphasis suam, & veram latitudinem usumque Biblicum, qvam modorum loquendi ac idiotismorum. Σύνετών fieri ostendit per analogiam, tam fidei, quæ est summa doctrinae divinae ex apertissimis ac classicis Scripturæ S. locis collecta,

(\*) Obj. Gretseri speciosas eleganter refutavit B. Pfeifferus in thes. hermeneut. p. 143. & 192. Neque objici potest, quod sic unus interpres præferat se toti ecclesiæ: Nam non hominis prudentie tribuitur veritas sensus; sed efficacia Scripturæ, per quam operatur Spiritus S., 2. Pet. 1, 20. Refutavit illud soliphisma, à Galilij Pont. erga Hugenottas renovatum, jam pridem fortissime B. Lutherus sub initium afferit, omnigrarrie, Tom. II, Gen. Lat. f. 293, seq.

## DE LEGITIMO SACRARUM

72

collecta, quam Scripturæ S., s. harmoniam dictorum parallelorum, & collationem eorum, quæ textum dubium antecedunt vel consequuntur proxime ac remote, ut pateat tam ordo tractandi textus, quam circumstantie, quis nimirum loquatur, & quomodo se habeant orationis scopus, occasio, locus atque modus. Cæterum illa indicasse h.l. sufficit. Conferri de omnibus ex professo potest ultimo nominatus B. Vir in *Thesauro Herm.*, una cum *Franzio* atque *Glossio* ante laudatis, præter quos *Matth. Flacium*, *Joh. Gerhardum*, *Joh. Conr. Danhauerum*, *Joh. Olearium* & *Joh. Reinhardum*, ex iis Nostratium, qui artem Hermeneuticam, in actu, ut vocant, signato, pertractarunt, recenset, additis breviter laudibus ipsorum debitiss, *Sam. Ben. Carpzovius* in *Præfatione*, *Thesauro Pfeifferi Herm.* præfixa.

§. VI. Id solum adhuc addo, quod, si modo omnia rectè pendere velis, ex natura rei facile pateat, interpretationem legitimam aliter fieri non posse, quam, ut relictis omnibus aliis effugiis, bene attendamus literam Scripturæ S., cum ipse *Spiritus S.*, à quo acti locuti sunt sancti DEI homines, 2. Pet. I, 21, quive locutus fuit per Prophetas, Hos. XII, 11, non minus ac per Apostolos, Matth. X, 20, ac dux viæ fuit in omnem veritatem, Joh. XVI, 13, per illam loquens hodie audiat. Verba enim sunt signa conceptuum, & sensum ab iis separatum esse dicere nemo potest, nisi qui contra omnem loquendi & verborum naturam peccare vult. Eleganter *Martinus ille*, sine quo prior, ut est in proverbio, non stetisset, *Locorum Theol. Part. II. p. 213*, Ecclesia, inquit, tantum debet esse Grammatica, b.e., non debet finigere res novas, aut nova dogmata agnoscere, sed ea, quæ à Spiritu S. tradita sunt, dicens ex genuina significacione vocabulorum, quibus in tradenda doctrina cœlesti utitur. Et quod verba non possint à sensu S. Scripturæ separari, B. *Gerhardus Tom. I. de interpretatione Sacrae Scr. c. 3. §. 23*, (ubi contra falsam Pontificiorum hypothesis disputat,) exemplo declarat *Decretalium*, à Papis confectorum, seqq. verbis: ne Pontifex loquitur suis hominibus in *Decretalibus*, ita nobis *Spiritus S.* loquitur in *scripturæ oraculis*. Si quis velit sensum à verbis Scripturæ separare, illum etiam oportebit sensum Pontificis separare à verbis *Decretalium*, & sic nemo hodie nosse poterit, quid sibi voluerint prisci Pontifices, quinimò hodiernus Pontifex non potest aliter exprimere

primere suam sententiam, quām per verba. Si igitur hic, quidam  
in scrutanda Scriptura S., verba arcte tenerenda sunt & seriō obser-  
vanda? Sanè ut Diploma Regium qvoad singulas voces accuratissimē  
penitatur; ita epistola Creatoris ad homines creatureas suas, accu-  
rato venit scrutaminī qvoad singulas voces subjicienda, qvippe  
qvæ voluntatem illius verbis, qvibus ipsò dictante concepta est, re-  
präsentat. Eamque ob causam voces occurrentes tamdiu propriè  
veniunt accipiendæ, qvamdiu non ipsa Scriptura, vel in eodem con-  
textu vel alibi, figuratam acceptiōnem dedit. Nimirum non sem-  
per, solas considerare textus voces, sufficit, verum hinc inde dubium  
qvoddam occurrens suspensōs tenet animos nostros, imprimis in re-  
bus ad fidem & vitam non pertinentibus; cum magnifice & salubriter  
spiritus S. sacras scripturas ita modificavit, ut locis apertioribus fa-  
mioccurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret, juxta notissi-  
mum Auguſtini dipterium. Dantur sanè nonnulla, qvæ inexplicabilia  
ſibi esse, cum Hieronymo viri etiam acutissimi fateri haud erubuerunt,  
vid. B. Glaff. Phib. f. p. 82. Qvamvis, qvod uni non statim licuit.  
alteri ſapè diligentia adhibita, conceditur; ut experientia docet.  
Et in iis quidem, qvæ ad fidem & salutem necessaria ſunt, non tanta  
peruenit difficultate, cum nihil de illis obscuritatibus eruatur, qvod  
non planissimē dictum alibi reperiatur; dicente in epif. V. ad Volus.  
Augustino, qvod dictum unā cum aliis haud dissimilibus exhibet Pf.  
theſ. Herm. p. 2. Recte ſcilicet Auguſtinus hoc ipſo effato collationem  
aliorum locorum inculcat, qvando in eo, qvi ob oculos versatur, ob-  
ſcuritas adeſt. Omnim enim, qvotqvt tam in profanis qvam ec-  
clesiasticis ſcriptis occurunt, difficultatum expoſitio, collatione in-  
tegrī contextus ac locorum huic facientium, nec non ſcopi aliarum-  
que circumſtantiarum penitiatione, ab interpretibus tentatur atqve  
perficiuntur.

§. VII. In dicto nostro Iefaiano modus scrutandi pari ra-  
tione verbo, nempe שׁרֵד, includitur. Verbum illud, de quo Buxt.  
in lexico obſeruat, qvod conſtruatur cum accusativo & variis pre-  
poſitionibus, בְּלִי, אֶל, בְּלִי, הַל, h.l. ad vocem סָבֵד refertur interveni-  
ente particula בְּלִי, qvæ notoriè composita est ex לִי, (qvod latiffi-  
me qvidem usurpatur juxta Buxt. p. 554, nempe 40. ferè modis, juxta

K

Noldit

Noldii Concord. Partic. p. 687, vel 46, juxta Job. Michaelis in Lexic. partic. : sed ita tamen, utili ad τὸν super, tanquam famosam significacionem reduci possint, notante Pf. th. herm. p. 557, & τῷ σ., quod ἄντε vel ex &c. significat, juxta Glass. p. 655. lib. IV. tract. i. Cumque Mercerus in Com. ad Gen. I. inter ὑπὲ & ὑπὸ sic distingvat, ut prius respondeat latino: super, posterius autem τῷ supra, & super quidem de contiguis, supra autem de supereminentibus sine contiguitate dicatur: Glassius l. c. p. 664, τὸν δὲ in compositione cum ὑπὸ redundare, ait, & particulas ὑπὲ & ὑπὸ in differenter usurpari. Cel. autem Dn. Danzicus in Interpret. c. IV. §. 132. seq., ubi particulas, si non omnes, certè plerasque, sua natura nomina esse, ac imprimis cum prepositione constructiones, nominis significationem, (constructione minimum) induere, dicit, exemplum desumit ab ipso nostro מעל ex Gen. I. 7, quod cum sequente voce לְרַקִּיעַ exponit: à parte superiori expansi istius, (quod tamen de jure ita accipendum, ne opponatur veritati aquarum supra-cœlestium) (\*) ascerens, vocem עלי h. l. nomen constitutre status constructioni, adjectis locis, ubi illa extra regimen occurrat; ac significationem ejus esse eminentiam, sublime, superficiem &c. Juxta quam hypoth. h.l. vox sequens סדר in genitivo est ponenda, & veri potest. סדר: querite in superficie libri. Quamvis, cum necessarium haud sit, particulas in expositione latina morose transferre, vid. laudatus Danz. C. III. §. 122, sufficiat cum B. Luther & Vulgato reddere: querite in Libro, vel cum Junio ac Tigurina, ex libro, quas expositiones sub initium sect. I. allegavi. Verbum autem שׁרֵך eò traxerunt Rabbini, ut per illud frequenter intelligent: exponere allegorice, mysticè, quin & concionari, quod id siat inquirendo in sensum scripture; verum ex usu hebreico s. Scripture, notat: querere, inquire, perquirere, consulere, scificari, percunctori, juxta Buxi. in Lex. Chald. Talm. p. 583. A. Confer inter alia notabilem locum Eccl. I, 13, ubi Salomo de semet ait: וְהַתֵּה אֶת־לְבִי לְרוֹשׁ וְלֹהֵר בְּחַכּוֹתָךְ כִּי־כִּי נְעָשֵׂר נְעָשֵׂר חַחַת הַשְׁמִינִית.

(\*) Nihil valet obj. ex C. I. 20, quia ibi non reperitur partic. composita מעל. sed simplex עלי. Vid. Ffeiff. Dubia ver. ad Gen. I, 6, p. 6.

um ad disquirendum, & ad explorandum sapientiam de omni eo, quod sit sub cœlis. Ad qvæ verba B. Geierus in Commentario suo de ™rr ait, quod notet inquisitionem, qualis p.g. in informatione ac disciplinis usitata est, ubi discipuli varia omnino inquirere opus habent, tum ex vivis Praceptoribus, tum ex mutis libris; item ubi viciissim ipsi interrogantur à Praceptoribus. Conf. Lightfoot. in Crit. s. ad vocem ™rr. Proinde ipsum illud ™rr, si ad Scripturam S. adhibendum est, juxta textum nostrum Jesaiānum non potest non sedulam in legendō diligentiam, libri aestimium, ac genuinum scrutandi modum involvere, de qvibus singulis ad vocem ēp̄evvā̄ nonnulla paulo ante sunt allata.

## QVÆSTIO I.

An voce ēp̄evvā̄ tanta indicetur Scripturæ S. obscuritas,  
ut alibi querenda sit de sensu ejus infallibilis  
certitudo?

**R**Esp. Salmero Tom. I. Proleg. 2, citatus à Prücknero in Vind. ad b. l. Joh. p. 600. b, afferit: Scripturas esse obscuras & intellectu difficiles; qvia ad eas scrutandas, quasi ad puerum altum, Christus Iudeos invitaverit. Intentio ejus non est alia, qvam ut cum reliquis sociis suis, concessa Scriptura obscuritate, S. Patrum, sine Ecclesia, ut alias loqui amant Pont., (revera enī Papam intelligi, ipsi negare nequeunt) explicationem afferre queat. Qyantopere sibi gratuletur de hac interpretandi methodo Vir alias doctissimus Petavius, vix satis dici potest. Nam de Trinitate Lib. III. Cap. XI. §. 9. Oper. Tom. II. p. 177. edit. nove Antw. 1700, in hoc, inquit, partium conflictu (nempe de S. S. Trinitatis mysterio) cūm nec Photiniāni (qvi & Sociniani dicti sunt à pessimo Sectarē restauratore) nostro, neque nos istorum iudicio, & Scripturarum interpretatione stare velimus, quis erit, obsecro, rixarum ac jurgiorum modus; nisi tanquam ex compromisso arbiter aliquis disceptator adhuc beatur? Quis autem magis idoneus capi potest, qvam Ecclesia ipsa, qae columna est & firmamentum veritatis? ac ne cause qvippiam ad tergiver-

K 2

sandum

sandum ac detrectandum habeant, non illis qualemcumque Ecclesiam  
 arbitram damus: sed veterem, & quam illi incorruptam, si sani  
 sunt, non negent, hoc est, Apostolice etati proximam. De Ecclesiæ  
 iſtius ergo sententia & autoritate quinam aliter liquere potest, quam  
 ex veterum Parrum, qui insignia ejus membra fuerunt, monumentis ac  
 testimoniis? Hic enim procul dubio antiquæ fuit Ecclesiæ sensus, qui illorū  
 fuit, qui in Ecclesia celeberrimi, ac sanctitate, doctrina, nominis fama  
 Principes extiterunt. Hic verò ille locus est, in quo irretiti tenentur Pho-  
 timiani iſti, & quo se pars sola Catholica vindicare ab eorum importuni-  
 tate potest. Nam Calvinianis, Lutheranis, ceterisq; Romane hostibus  
 Ecclesia uti praesidio isto non licet, quod jamdudum à ſe & profiſione  
 sua & factis iſpis abjudicarunt. Verum innoxia vox: è pœnā, neq;  
 assertioni Salmeronis, ex mente iſpī intellec̄ta, neq; confequentia  
 exinde formata, ullo modo patrocinatur. Nam, ut recte respon-  
 det Salmeroni, ex Chamieri Panstraria Cathol. Tom. I. lib. XV. c. 13.  
 §. 12, seq. p. 227, B. Prücknerus l.c., non statim dicendum est: è pœnā  
 difficultatem inferre ex parte scriptura; sed tantum fedulitatem ex  
 parte legentium, addo: justum eam tractandi modum: alioquin enim  
 vel facillima negligenter percurri non debet. Nam in primis in iis li-  
 bris, qui magni momenti res proponunt, accurata meditatione opus est,  
 ne per negligentiam interdum in iis, quæ haud sunt difficilia, peccet-  
 tur. Et quod ad scripturam sacram spectat, claritas illi in rebus ad  
 salutem pertinentibus tamdiu denegari non poterit, quamdiu verum  
 manet, quod vocanda sit lucerna splendens in loco tenebroso,  
 2. Petr. I. 19. Quamvis non negetur, è pœnā quoque ideo necessarium  
 esse, ut, quæ obscuriora sunt, clarioribus illustrentur; quæ de re ante  
 dictum est. Deinde facilè patet, locum nostrum Johanneum expo-  
 ſitioni scripturæ, aliunde, quam ex ipſa Scriptura petita, fortissimè re-  
 pugnare; quia Christus, cum nulla adſent, niſi Vet. Test. scri-  
 pta, ita ad eadem, tanquam arbitrios suam inter & Judæorum  
 assertionem, provocat, ut & generatim ζεϕας dicat ſcrutandas,  
 & Mose ſpeciatim nominato, v. 39., ne ad traditions, quas à Mōſe  
 ortum habere fingeant Judæi, aliquis prolabetur, incredulitas  
 arguit Judæos, quod scriptio illius non credant, cum de feneſe  
 ſcripſerit

scripterit, v. 46. 47. Imo, citari scripturam exclusivè respectu traditionum, exinde magis confirmatur, qvod ideo sunt inspiratæ divinitus, ut perfectus sit homo DEI ad omne opus bonum instrutus. 2. Tim. III. 16. 17. Videamus vero, quale præsidium in Patribus invenerit Petavius, qui, relicta aurea Hilarii regula, quam B. ille Pater in disputatione contra SS. Trinitatis hostes Arianos (Photiniorum in oppugnanda Trinitate parafrastas) observandam proposuerat, quamq; nos jam ante adduximus, ad Patrum expositionē magnacum gloriatiōne semet convertit. Sane, qui verba ipsius legeret absq; rei notitia, non posset non sibi persuadere, fortissimum telum id esse, & terribilissimum hosti tormentum, quo mediante Jesuita sua parti certam adeo victoriam, à Photinianis reportandam promittit, ut Lutheranis etiam aliisq; arma ista adhibere recusantibus, victoriam abjudicet! Ast non dicam nunc multis generatim, qvod ea, quæ supersunt, Patrum scripta, licet rectissime per modum testimonii pro veritate adducantur, (sicut ex scriptis Lutheranorum clare patet;) ad tantum tamē opus, controversias nempe fidei inter diversas partes arbitrorum more dirimendas, plane sint inidonea, ob eorum, quæ exhibent, in multis insufficientiam, & Autorum, qui homines fuerunt, nec sufficientibus ubiq; subsidii instructi, fallibilitatem. Præstabilit illud eleganter in operে de usū Patrum Job, Dalleus, quem aduersus Matth. Scriveneri, Angli, infestum tract., sub tit. *Apologia pro sanctis Ecclesiæ Patribus editis*, Ao. 1697. in *Oratione Inaugurali* (quæ reperitur in Exerc. Theol. Enneade p. 740. seq.) defendit prælaudatus D. D. Ittingius. Speciatim tantum ex eo, qui defensorem agit Petavii in præfatione, editioni operum ejus ante memorata præfixa, seque *Theophilum Alethini* vocat; qvod miser Peravius, à Patribus suis plane relietus, hostibus semet sponte fodiendum spoliandumque præbuerit, ostendam. Verba Alethini in notulis, ceu vocat, ad eum, quem ante exhibui, Petavii locum, sunt sequentia: *Mirum est, viro doctissimo Descriptores litis inter Catholicos & Unitarios, constituti Patres secundi seculi, quos ipse libro primo bujuscem operis non obscure heterodoxie hoc in negotio incusat. Si enim verum illic dixit, apud eorum tribunal aque damnarentur Catholicæ ac Unitarii. Quidam Sandius, qui Arianismi historiam in Nucleo historiae Ecclesiastica conficeret*

confidere tentavit, sub finem Lib. I. Petavium eam ob causam *Arianis-  
mi* insimulare ausus fuit; à qua hæresi eum tamen defendere *in prefat. sua*  
*Alethinus* (\*) omni studio conatur, argumento à diligentia Petavii,  
in oppugnandis strenue Arianis, defumto, Eam interim consequentiam  
Petavii: quod hic procul dubio fuerit ecclesia sensus, qui illorum  
fuit, qui in Ecclesia celeberrimi extiterunt, non bene attendit, recte  
vero negat ib. Alethinus, quando dicit: *Petavius ita erroris accusavit  
Pates illos Antenicanos, ut minime censuerit, ita cum iis sensisse  
universam illorum temporis ecclesiam.* Verum ea de re hac vice satis!  
De mente interim Patrum Antenicanorum orthodoxa conf. præ-  
ter G. Bullum in defensione fidei Nicene ex professo, & D. Jurium in-  
repræsentatione Socin. Epist. 6. in Act. Er. Lips. A. 91. p. 455; breviter  
Dx. Praes in thesibus ex Theol. Patriſt. n. 5. 6.

## QUÆSTIO II.

An Christus vocula ēgēvār interpretationem Scripturæ  
S. mysticam atque allegoricam inculcaverit; aut,  
anne illam vox רְשָׁוֹן inferat?

**R**Epist. Ligkfoot Horis Hebr. ad Job. V. vocem ēgēvār reddit:  
אַחֲרֵי רְשָׁוֹן vos inquiritis Scripturas; (hypothesin à ejus de-  
indicativo jam ante refutavi) & paulo post addit: רְשָׁהָה quid  
sit, norunt omnes, qui triverunt libros Hebraeorum. Erat inquisitio  
in Scripturas scrutaminosior, media inter פְּשָׁתָה & קְבָלָה, inter in-  
vestigationem sensus literalis & Cabballisticæ, ut exemplis docet Rab  
Bechai unaquaque fere pagina. Isto modo commentandi constant  
plerumque tractatus isti, qui vocantur Rabbotti, expositionibus se-  
allegoriciis aut mysticis. Rich. Simon. in Hisp. Critica Comment. N.T.  
c. 1., putat; vetustissimos Patres ordinarie non sensum literalem, sed  
allegoricum in suis Commentariis fecutos esse, ad Judæorum, a quibus  
scripturam acceperant, imitationem; imprimis, qvia Christus &  
Apostoli in docendo morem adhibuerint Pharisæorum, qvorum tra-  
ditiones

(\*) Vid. in Actis Lips. A. 1688. p. 647. de Bullo.

ditiones ex parte quidem falsæ fuerint, ex parte vero bonæ, ac nultos conservant fidei Articulos, à Saduceis rejectos. Huc pertinet mens Auctoris Obs. Hal. T. i. Obs. 1, qvi, cum §. 7. p. 8, dixisset: Epistolam ad Hebreos ex Cabbala iudaorum symbolica fluxisse, qvia Apostolus, nisi scivisset hæc dogmata, vel symbola potius, ceu domesticæ ab Hebreis admissum iri, non videatur istis probationibus fuisse usus; ac probationem illam suam non satis firmam esse ipse sensisset, §. 8. seq. modo pergit: Hæc nostra assertio, ne nudis NB. conjecturis inniti videatur, alio exemplo, quod rem plane conficiat, eam declarabimus. Mattheus Evangelista ad Christum applicat verba Hosea: Ex Ægypto vocavi filium meum, Cap. XI. i. Ipsum autem Prophetam evolventibus patebit, sermonem ibi esse de populo Iraelitico. --- Optimo jure hoc facit, cum apud iudeos usitatum fuerit, hoc Prophetæ dictum ad Messiam accommodare. --- Eccœ luculentissimum Cabbala symbolice exemplum. Porro §. 10. p. 10, ubi de Cabbala historica agit, inter alia: unde, inquit, Paulo constabat, præ ceteris magis jannem atque jambrem Moysi opposuisse, nisi ex Cabbala, nec minus §. 22, ubi de Cabb. Theologica tractat, dicit: Christum saepè mentionem fecisse regniciæ orationum, & eandem summam fuisse doctrinæ Cabballistæ, tandemq; concludit §. hisce verbis: Quis dabiter, eum (Christum) hoc ipso Cabballam istam dogmaticam veterum Ebraeorum suo probasse calculo. Cetera ibidem legi possunt. Verum non potest probare Ligebætor, vocem ēgavā per וְרָא, sensu rabinico acceptum, h. l. declarandum esse; ac usus vocis וְרָא biblicus, allegoricam non infert, expositionem, ceu ante dictum. Et si Christus cum Pharisæis h. l. agit, (ceu vult Ligebf.) qvi Theologia de Messia depravata, religio nem in externo cultu & opere operato consenserent existimabant, conf. Carpzov. introduct. in Th. jud. p. 30, qvomodo dicere potuit: juxta eorum inquisitionem scripturam de semet testari? Annon potius co eos eos vocaslet, ac depravatores, ut Matth. XV, 14. Sic Pf. Th. Herm. p. 174. allegoricas Judæorum, qvi filii sunt Pharisæorum, explicaciones, esse potius depravariones dicendas, ait p. 174. Hottingeri ac Leusdenii judicium exhibui C. III. qvæst. 3. Contra Rich. Simonis autem recte insurgit Tenz. Coll. menstr. Ad. 93. p. 282. hisce verbis: Simon

Simon bleibt bey seinem alten / nemlich die Traditiones zu behau-  
ptet/ und scheuet sich nicht / wieder die klaren Exempel des neuen  
Testaments Christum und die Apostel zu beschuldigen/dass sie densē  
Phariseern im allegorisen gänzlich beygepflichtet. Exempla quæ-  
dam observati sensus literalis his propositis adjungit Tenz. in N. T. oc-  
rentia; e. g. qvando Christus Matth. V. VI. VII. verum legis sensum,  
rejectis traditionibus Pharisaicis, declarat, nec non Matth. XI, 10,  
prophetiam Malachia ad Johannem; Luc. IV. 16, prophetiam Jesiae  
ad femei plumbum refert; item, qvando Evangelista & Apostoli ostendunt,  
Prophetias N. T. per Messiam nostrum esse impletas. Ex eo vero,  
qvod Christus modum per parolas docendi retinuit, non seqvi per-  
git, qvod Simon vult: cum tales parabolæ raro ad interpretatione-  
nem scripturæ pertinuerint, sed ipsa adumbraverint mysteria; ac li-  
teralis præterea sensus utplurimum ante erutus reperiatur, qvam pro-  
ponitur allegoricus, e. g. si consideretur Gal. II. & IV. Parique  
modo existimat Tenzel, Christianos vetustissimos magis literalem.  
observasse sensum, qvam allegoricum, sicut de Irenœo, Tertulliano  
ac Cypriano fatetur ipse Simon, unica tantum in Clementis Rom. epi-  
stola allegoria notata; præter qvos, post memoratum fragmentum  
Commentarii Nazareorum, neminem, nisi Barnabam, in Epistola  
(licet suppositia) & Theopb. Antiochenum in Commentariis in IV. E-  
vangelia (qvos tamen ab eo confectos non esse existimat, Cap. H. Lit.  
p. 31.) hoc Capite allegaverat. Denique Autor. Obs. Hal. rectè  
concessit, conjecturis inniti, qvæ de modo docendi Paulino in epistola  
ad Hebreos, ex Cabbala petita, dixerat; in primis cum Epist. ad He-  
breos ad conversos scripta sit, (juxta Cap. III. 1., VI. 1. 9. 10, X. 25. 32.  
seq., vid. Schmid. in Comm. ad h. l. p. 11.) qvi sciebant, Paulum ex inspi-  
ratione Divina loqui, qvicquid sibi velit Cabbala judaica, qvam non in  
omnibus puram fuisse, concedet ipse Observator. Qvo non obstante haud  
negatur: Cabbalam, si sumitur pro orali propagatione mysteriorum di-  
vinorum, statim tempore Adami cepisse, vid. Pf. Crit. s. p. 212, &  
DEum variis typis filium suum præfigurasse, vid. Balduinus in adven-  
tu Christi typico & passione typica; nec non quasdam veritatis reliquias in  
antiqvissimis libris cabballisticis superesse, vid. Carpz. intr. p. 30. Absq.  
etiam

causa etiam observator tantopere innititur citationi *Hosea à Matthæo*  
 factæ, tanquam firmo sententia sua fundamento; quia falsum est,  
 apud *Hoseam sermonem esse de populo Iſraelitico*. Textus enim ille  
 de filio DEI literaliter agit, prout fūc ostendit post alios prælaud.  
*Dn. D. Grünenberg. in Dīsēr. sua Inaug.* Quid ergo opus est ad  
 ad Cabbalisticam configere expositionem? Neque porro attendit  
 observator, *Paulum*, ceu scriptorem *Deuterovisōn*, ex inspiratione  
 divinā scivisse nomina magorum, ut ibi quoque Cabba-  
 la haud fuerit opus. Et qvomodo denique ex vocabulo *re-  
 gni cælorum*, à Christo in predicationibus suis adhibito, probari  
 contra strenuum adversarium poterit: Christum *Cabbalam suo*  
*probare calculo*, quando illud quoque vocabulum adhibet? Nihil  
 est notius, quam *Adam, Kadmon vel primus in Cabbala*. An  
 ergo concedet Observator, *i. Cor. XV, 45. 47*, vocem *αὐτὸν*  
*αὐθεντό* exinde desuntam esse? Sane non potest, cum DEUM  
 notione illa à Cabballistis semper intelligi, defendat p. 225! Sed  
 tempus monet, ut ad Porismata progrediar. Seqvatur igitur, licet  
 brevibus, cum varia alia in *B. Schmidii Collegio Bibl.* legi queant,  
 (ad qvod hoc in passu, ne ex charta in papyrus describam,  
 remitto);

### SECTIO III. Porismatica.

**P**Orisma I. V. T. ratione autoritatis haud postponendum est  
*Novo.* Ratio, quia ipse Christus ita ad illud provocat,  
 ut exinde vitam eternam ac testimonium de semet  
 haberi posse, dicat; neque ulla re autoritatem ejus imminuere vo-  
 luisse, probari potest: quoniam Apostoli id Test, fundamenti loco  
 posuerunt, *Act. XXVII, 22. Act. X, 42, 43*, cui Novum tanquam sup-  
 plementum superstrueretur. Peccant ergo *Sociniani*, seqve hoc  
 quoque nomine Christianorum appellatione indignos faciunt;  
 qvod autoritatem V. T., quantum in ipsis est, convellant. Ver-  
 ba-

ba ipsorum collecta vide, sis, in B. Gerbardi Disp. Theol., in quibus gloria DEI per corruptelas Pontif. Calvin. & Photin. labefactari ostenditur, Disp. X. §. 19. pag. 20. (\*)

*Porisma II.* Prohibito lectionis Biblica, ut injusta est, utpote quæ contrariatur præcepto Christi; ita quoque non potest aptum esse ad conscientiam consolidandam medium. Contra R. b. Simonis, Pontificium Gallum, in Proemio p. 2. allegatum: quia conscientia quando anxia est, adhuc magis gravabitur, si cogitat: præceptum Christi de scrutanda Scriptura à semet violari; qvin & hac ratione meliorem fuisse conditionem hominum V. T., quibus legere licuit Scripturam, quam suam in N. Tto, ubi tamen major promissa libertas Gal. IV, 24, ut sic remedium malo, contra quod adhinetur, nihilo sit melius, atque meritò vitandum.

*Por. III.* Seria est voluntas DEI omnes homines convertere. Probatur, quia Christus, ad totum vulgus sese convertens, non solum reprehendit eos, qui ad se venire nolunt; sed media quoque ad semet certo perveniendi ostendit, ablegando omnes ad Scripturam, tanquam vitæ fontem, conf. Matth. XXIII, 37. Rom. X, 21. c. II. 4. 5. Quod autem hac in thesi etiam recentiores Reformati nobiscum non consentiant, præter Anglos quosdam; vid. illi Der allerunterthänigsten Addresse. p. 18.

*Porisma IV.* Religio non potest à Magistratus civilis arbitrio Jussendi. Defendit affirmatiyam sententiam Hobbesius, quem ob varias contra Christianismum fraudes adhibitas, impostoribus una cum Herberio ac Spinoza meritò accensit B. Kortholi in Tract. de 3. impostoribus magnis. El verò principio tam firmiter innititur, ut illud revera fundamentum sit Theologie, ex mente Hobbesii concepta, ceu l. c. p. 55. ex Leviathanis c. 33. ostendit modo laudatus Theologus. Sed quam absurdum illud sit, facile patet; cum Christus non soli Magistratui, sed omnibus auditoribus suis commendet, ita scrutari Scripturam, ut se inveniant, ac vitam æternam

nam

(\*) Vid. etiam Dn. Prof. Edzard, in tract. de fugienda unione cum Reformatis, mes. Dissert. de gravissimis Reform. controversiis §. 5.

nam habeant; & unusquisque nostrum de seipso rationem reddere  
debeat Domino, Rom. XIV. 12, ac paratus esse ad respondentium  
cuilibet, peperi rationem ejus spei, quae est in ipso, 1. Petr. III. 15.

*Por. V.* *Pessimum monstrum est indifferenterissimus religio-*  
*nus.* Prob., quia Christus vult, ut scrutemur S. literas, eo fine,  
ut testimonium earum de feren perciplamus. Jam igitur testimoni-  
um illud recte perceptum firmiter debet teneri, neque fal-  
sitas contraria recipi potest, quamdiu verum manet, quod in Ec-  
clesia DEI, una fide colligata Eph. IV. 5, potentia quaedam sit ex-  
hortandi doctrina sana, & contradicentes convincendi, iisque os  
obtuerandi, Tit. I. 9. II.

*Porism. VI.* *Cum Scripturam S. habeamus, immediata*  
*revelationes non sunt necessarie ad dandum veram de Christo sci-*  
*entiam.* Prob., quia ipse Christus fernet, tanquam Messiam verum,  
ex verbo DEI cognoscibilem esse, testatur atque affirmat; quem-  
admodum & de perfectis in notitia, sive illis Christianis, qui non  
solum lactis catechetici, sed solidi quoque cibi aeroromatici capaces  
erant, Paulus (de Christo in primis ut summo nostro sacerdote actu-  
rus) affirmat, quod propter habitum habeant αὐτοῖς οὐα γενε-  
νωσμένα seu sensus exercitatos, ad discretionem boni pariter &  
mal. Heb. V. 14. Quod si considerarent Fanatici eorumque Patroni,  
non tantas in contemptu verbi divini scripti tragedias excitarent.

*Por. VII.* *Scriptura S. asserta non solum omnibus fortuna*  
*bonis, sed et ipsivire sunt preferenda.* Quia ipse Christus Judæis  
ita commendat Scripturæ scrutinium, ut eos, qui ad se, sc. per fi-  
dem Hebr. XI. 6., in S. literis traditam, Job. XX, 21, venire no-  
lunt, vitam æternam obtinere non posse, affirmet. Audiebant,  
ceu oves Christi fidelissimæ, hanc ejus vocem primitivæ Ecclesiæ  
Martyres, ad mortem usque constantes, Ap. II, 10, qui, cum Dio-  
cletiani editio codices sacri tradere juberentur, potius corpora carni-  
ficibus, quam sancta dare canibus maluerunt, juxta Martyrol.  
Rom. ad d. 2. Febr. Conf. B. Jos. Arndii Lexic. Antiq. p. 1096. & Jac.  
Görtzen. Obs. lib. I. p. 69. Qya constantia in ruborem dant non-  
solum sui temporis Traditores, à traditione seu literatum ita dictos;

753

### 84 DE LEGITIMO SACR. SRIFT. SCRUTINIO S. III.

sed & quoscunq; verbum divinum ac fidem in eo traditam, abnegantes, spernentes, negligentes!

*Por. VIII.* Omnes Scripturam scrutantes merito debent studere pietati; Verum exinde non licet inferre: Quic, non studet pietati, potest scrutari S. literas, & verum ac spiritualem eorum obtinere sensum. Prob. prius, qvia ē genrā h. l. tale scriptum pro objecto habet, qyod cognitionem tradit veritatis ad pietatem tendentis, Tit. I. i. neque absq; gratia Spiritus S. illuminante cognoscitur. *Posteriorius*, qvia Christus jubet scrutari scripturas Judæos istos, qui ad ipsum venire nobleant, atq; semet ab iis inveniri posse ostendit. Qyod si ritè considerarent hodierni Novatores, fons plurimarum controversiarum recentissimarum esset obstrutus.


*Por. IX.* Sicut linguarum notitia maximi merito est facienda, cum ipsarum vocum ac phrasium à Spiritu S. adhibitarum, qvibus nobis sensus verus situr, naturam oculos ponat; ita quoque cognitione Philosophiae spernenda non est; cum tam instrumentales habitus qvam principales, ad scrutinium S. literarum, verique sensus contra hostes defensionem, aliquid conferant. Qyod qva ratione fiat, inter alios deduxit B. Pfeif. Thes. Herm. c.V. § XIII.

*Por. X.* Falsum est, quod mutatio & emendatio voluntaria procedat intellectus notitiam. Sic Christus Judeis præcipit, ut scrutentur Scripturam S., & testimonium ejus de semet percipient, atq; tunc veritatem istam assumant ac in ea acquiescent. Qyanta ver omala ex antithesi illa Indifferentiarum profluant, ostendit in *Præf. Dif- fert.*: Examen libelli *Licht und Recht / Magn. Dn. Preses meus.* (\*)

*Por. XI.* Libri Symb. merito in pretio sunt habendi. Nam si genuini sunt, nihil aliud exhibent, qvam sensum S. literarum, per debitum earum scrutinium inventum. Vid. præter alios do- ciss. Dissert. Dn. D. Wernsdorff. de auto- ritate Lib. symb.

*Soli DEO Gloria.*

(\*) Vid. post varias recentiores Disputationes, ejusdem Tract. *De vera re-*  
*rum S. notitia disquisitio*, hoc anno edita,



Rostock, Diss., 1704-05

ULB Halle  
004 505 76X


3



5b,

f





כְּבָירָה  
אַגְּדָתָה  
OL. P. P.

Inauguralis,

# IMO S. JRARUM TINIO,

lleli Jes. XXXIV. 16, suspiciendo,  
ndam

ÆSIDIO

ME REVERENDI ATOVE  
ENTISSIMI

J. FECHTHI,

CONSIL. CONSIST. DISTR.  
PERINTENDENTIS.

ororis ante & pomer. habita,  
nunc

s AUCTA, Ac cum  
ATI FECHTHI

AMMATE,

entia in solô de Scriptura articulo  
eneraverit doctrinæ monstra,  
onstrante,

, Anno MDCCXI.

ANDREAM HÆBERUM.

B.I.G.